

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken


**I. A. Danzii tūrgemān Sive Interpretis Ebræo-Chaldæi
Synopsis**

Danz, Johann Andreas

Ienæ, MDCCXXXVI

VD18 12104973


urn:nbn:de:gbv:45:1-18553



Landesbibliothek Oldenburg

Sprachw. E

645



B.I.G.


Black

3/Color

White

Magenta

Red



I. A. DANZII

תְּוָרַגְמָן

Sive

INTERPRETIS
EBRÆO-CHALDÆI
SYNOPSIS,

OMNES

Vtriusque Linguæ *Idiotismos*,
pro Scriptura V. T.
rectius intelligenda,
explicans.

3050/-

EDITIO SEXTA



I E N Æ,
Sumtu IOH. FELICIS BIELCKII,
M DCC XXXVI.



EX BIBLIOTHECA

OLDENBURGENSI



PER-ILLVSTRI AC EXCELLENTISSIMO
D O M I N O ,
DN. IOH. FRIDERICO
LIBERO BARONI BA-
CHOVIO AB ECHT,

TOPARCHÆ IN DOBRITSCH, ROMSCHVTZ,
HECKENDORFF, LAVTERBVRG,
BVCHENAV, &c.

SACR. CÆSAR. MAIESTATIS

CONSLIARIO IMPERIALI
AVLICO NEGOTIOSISSIMO ,
SERENISSIMI DVCIS SAXO-GOTHANI
SANCTIORVM STATVS CONSILIO-
RVM DIRECTORI SVPREMO ,

DOMINO MEO GRATIOSO

VITAM AC FELICITATEM PERENNEM !



PER - ILLVSTRIS AC EXCEL-
LENTISSIME DOMINE!

OMNIA QD SVB HOC

SIsto TIBI quidem hunc Interpretētem, fidum devotissimā erga TE mentis meæ internuncium: sed non sine timidā quādam reverentiā, vehementique cordis luctamine. Magnos magna decet. Et, quo quis pluribus mactatus est beneficiis, ad grates eō majores referendas obstringitur arctius. Eminens TU A dignitas, quā, post Principem, sublimior non datur in patria, Virtusque prorsus incomparabilis, si litterariis, certe non nisi exquisitis. & quæ etatem ferunt, honorari debebat monumentis. Ipse verò, ut paucis pluracomprehendam, ipsum TIBI debo tanquam unico qualiscunque meæ fortunæ Architecto. Proinde ea saltem me oportebat offerre, quæ undique prius approbata, TUO non indigna forent aspectu. Hujusmodi autem nec functionis meæ profert ambitus: nec ingenii mei promittere potest sterilitas. Quapropter aut moriendum foret ingrato: aut gra-

tam

L-

tam mentem indicet, quicquid ad manus
fuerit. Non erat irrisui, qui olim, reli-
quis splendida Regi munera offerentibus,
rapam EI devotâ mente exhibuit, rebus
tunc aliis destitutus omnibus. Evenit
aliquando, ut aquæ pugillus maximo ob-
latus Monarchæ, luculentior, quam alio-
rum invidenda munera, amoris obsequii-
que agnosceretur index. Ipse Deus supre-
mus Sacrificio delectabatur passim obvio:
Et in causâ prorsus eâdem prescripsit
וְיַיְהֵ אֶלְעָזֶר קָרְבָּן Oblationem, pro di-
versis offerentium facultatibus, accre-
scentem decrescentemque. Sit leviden-
se hoc meum munusculum: redolet tamen
functionem, in quâ vite partem contrivî
maximam. Ad hæc aditum parat ad
Scripturam sacram, unicum Theologie
principium, intelligendam peritius. De-
clarat mentem Regis Regum, instruitque
omnes, Dei ad homines voluntatem vel
cognituros sibi, vel annuntiatores aliis,
pro consequenda salute æterna. Nec pro-
dit in publicum, absque ullo prius examt-
lato tentamine. Duabus jam vicibus
typo expressus, Lectorum sustinuit exami-
na; nullo vel Dedicationis vel Prefatio-
nis stipatus munimine. Quo tamen vel

) (2 ideo



ideo carere nequit diutius: quò sapius
experientia docuit, eos qui legatione
adeuntur, iram è negotio minus gratō
conceptam, cum vereantur in Legatum,
evomuisse in Interpretē. Qui præsi-
dio sat firmo destitutus, baud raro in-
nocens succubuit. Suscipe itaque PER-
ILLVSTRIS ac **EXCELLENTISSIME**
DOMINE! hunc ipsum Interpretē
supplicem, eumque blando vultū intuitu
recreatum, gratioſo favoris clypeo prote-
ge. Non eo **TIBI** offertur animo, ut
debito me eximat, quò **TIBI** sum ob-
strictus: sed ut testis sit publicus devo-
tissimi mei erga Te obsequii, ac obser-
vantiæ ad cineres religiosè conservandæ.
Ita **TE** Deus custodiat, humani generis
Delicium! ut ipse, omnesque devoti **TIBI**
clientes præsidium in **TE**. contra insultus
quoscunque semper inveniant tutissimum.
Vale, ac feliciter age quam diutissime.
Dabam Jenæ, pridiè Calendarum Maji,
Anno orbis redemti MDCCVIII.

L. B. S.



L. B. S.



Uantum recor-
dor, nemo qui-
dem extitit ha-
stenus, qui sa-
cram Scriptu-
ram quantivis

æstumans pretii, splendido illo *Legatorum* titulo publice abdicare ausit sa-
cros Verbi Præcones. Ut taceam *Apo-*
stolorum a) græcam appellationem,

a 2 æqui-

a) Vid. ex multis Matth. X. 2. Luc. VI. 13.
Joh. XIII. 16. Rom. I. 1. c. XI. 18.

æquipollentem isti: quam *mittendi* verbis sæpius expressam deprehendimus in veteri fœdere b). Disertis verbis *Dei Legatus* salutatur Haggæus, c) ejusque ad populum missio, *Legatio*. Paulus quoque *Legatione* se fungi ait, loco Christi; Deo per ipsius verba pronunciante d). Neque hoc paucis his proprium. *Quilibet Propbeta Legatus dicitur*, ex sententia Abarbanelis e), diverorum Hispaniæ ac Lusitaniæ Regum Ministri quondam primarii f). Nec dubitat supremum Numen eodem honoris elogio insignire omnem Sacerdotem, *Dei declarantem voluntatem.*

Ex

b) Jes. VI. 8. c. XLVIII. 16. c. LXI. 1.
 c) Hag. I. 3. d) 2. Corinth. V. 20. e)
כל נביה יקרא מלאך Comment. in Hag.
 l. c. f. 278. c. 2. l. 13. conf. Maim. More
 Nebuchim. Part. II. c. 6. & 42. f) Vid. Præf.
מעני הושועה in

*Ex ore, inquit g), Sacerdotis doctrinam
quarant, eo quod LEGATUS ille est
Domini exercituum.*

Præclara omnino ac eximia hic o-
mnia. Sive enim *Legati* munus con-
sideres, sive nudum expendas nomen:
ubivis excellunt singula. *Legatus* a le-
gendo: *lectus* fit, non e medio sum-
tus, sed hinc excerptus: nempe e plu-
ribus *lectus*, unus aliquis curatius *enu-*
cleatus, qui sit τῶν ἀριστῶν ἀριστος, ναὶ περώ-
τῶν περῶν, i. e. *Optimorum optimus*, ϕ
primorum primus seu *Princeps* h). At-
que *lecte* hujus appellationis, (quæ E-
braice i) ipsis sanctis Dei *Angelis* com-
petit, ac græce k) *senilem* connotat

a 3

pru-

g) Mal. II 7. h) Ut *Plutarchus* loquitur,
de Spartanorum *Legatis*, in collatione Syllæ
cum Lysandro, p. m. 476. B. i) מָלָךְ ipsum
quandoque *Præsidem* notat. k) πρεσβευτής
& πρέσβης, quorum hoc usitate *senem* deno-

*prudentiam,) prærogativa digito veluti
ipsam pulcherrimi munieris demonstrat ex-
cellentiam.* Hoc Cyrus inter res maxi-
mi momenti ponebat; cuius constituен-
di ipse curam gereret. I) Bochus ex-
omni Necessariorum copia eos saltem
Legatos delegit, quorum & fides cogni-
ta, & ingenia erant validissima m). Ex-
toto lectissimo Ducum numero, Aga-
memnon solos Ajacem & Vlyssem *Lega-
tos* admittit n) : quos inclytus ille con-
ditor Iliados κλητ&s vocat, q. d. impen-
sius quæfitos, & e quæfitis *lectissimos* o).

Usque

tat; non semper ætate, sed prudentia. Quo-
sensu Joseph Genes. XXXVII. 3. בָּן וּקְוֹנִים
juxta Targ. Onkelosi, dicitur puer senili pru-
dentia præditus. I) Xenoph. lib. 8. Instit. p.
m. 202. m) Sallust. Bel. Jug. c. 103. p. 384.
n) Hom. Iliad. l. 9. v. 165. seqq. o) Eusta-
thius ad l. c. f. 744. l. 28. reddit εξονομακτή-
δην ἐπιλέκτες nominatim electos : quos ἀριστί-
δην ἐπιλελεγμένες, h. e. viritim ex præstantis-
fimis quibusque adlectos, diceret Isocrates, Pa-
negyrico post med. p. m. 71.

Usque eo hoc munus nil nisi eximum
loquitur, & excellentissimum quodque.

Enim vero, quam parum eminenti
hac dignitate dignos haud pauci ex Cle-
ro Christiano se præbeant; deploranda
comprobat experientia. Non comme-
morabo nunc omnes *Legatorum* dotes;
quibus prædicti sint, quotquot hoc mu-
nus cum laude gerere gestiunt. Solam
atttingam *eius linguae notitiam*, que
Principi mittenti est vernacula, quaque
mandatum, quod instructionem voca-
mus, legationis anima, exaratum de-
prehenditur p.). “Hac qui destitutus“
est, ad lectionem prorsus videtur in-“
eptus: ac proinde ad id fastigii eve-“
ctus nihilominus, pronus ruit non mo-“
do in damnum Principis, a quo mitti-“
tur; sed & saepè in perniciem tam il-“

a 4

lorum,

p) Vid. Paschalii *Legatus*, cap. XXI. p. 128.
seqq.

„lorum, ad quos suscipit mandatum
„perferendum, quam sui ipsius: exposi-
„tus prius aliorum ludibrio, ac mox ipsi
„quandoque sententiæ damnatoriaæ.

Cum enim *Legatus* sit verborum &
sermonis Ejus, a quo mittitur, fidus
perlator: non potest non prorsus in-
eptus judicari ad hæc perferenda re-
censendaque aliis, qui ipse ea non in-
telligit. Certe talis non majori jure
partes *Legati* sibi sumere mihi videtur,
quam dicendi munus *Orator* (ut pris-
ci loquebantur) ἀγλωττος seu *elinguis*,
& Antiphonis q) γέντωρ ἀρωνος, h. e.
Rhetor mutus. Quomodo enim Com-
missa decenter expediet, quæ ipse
ignorat omnium maxime? Non cre-
diderim, ullam ætatem in rebus civi-
libus, hujusmodi *monstrum Legati* ve-
rius dixeris, quam *Legatum*, sustinuisse
unquam. Quis ausit v. g. Germanorum

Im-

q) In Sappho, cit. Athenæo l. 10. p. m. 451,
Edit. Casaub. A. C. 1657.

Imperatoris legationes suscipere, ignarus linguae teutonicæ, si eadem peragenda mandarentur? Et tamen, en stupendam quorundam temeritatem! non ventur in ipsa Supremi Imperatoris adyta irruere, *Legationem* ad homines emendicaturi rectius, quam exoraturi, (legationem inquam, de summa rerum, sc. æterna animarum Salute recuperanda, vel amittenda penitus,) etiam illi, qui convicti sunt, quod linguam, qua Deus preferenda pronunciari ac conscribi iussi, vel ignorent penitus, vel non satis calleant: unica fiducia in *Interprete* posita. Facilius profecto audacissimum, & confidentia periculose præceps! Qua fide enim divinam voluntatem de æterna hominum salute, ad alios deferent, quam ignorant ipsi? qua industria aliis enarrabunt, quod ipsi non intelligunt? Non ausim quidem *Impostores* dicere, quos *Pastores* vocat Scriptura. Et frustra e Sacerdotum ordine exemptos, pro custo-

a 5 dia

dia gerenda, exercendoque cantu, more Levitarum, foribus templorum *alligandos* judicare, *Legati* titulo dudum superbientes. Quum hoc vitæ genere donatos *evehant* quidem leges & consuetudo, non detrudant r). Nihilominus tamen, me etiam silente, satius foret, Levitarum aut Nethinæorum expeditisse munia; quam *Legatione* Supremi suscepta, Sacerdotali non rite defungi officio. Revera enim *imponunt* illis, ad quos missos se venditant, toties, quoties ordine profecto præpostero, *Interpretis* sui verba garriunt, a mente mittentis diversa. *Imponunt* Mittenti ipsi. cum fidem indecenter perferendis mandatis promissam, servare nesciunt: Eumque, quantum in se, suo fine privant. Cyrus ideo curam præparandi nominandique *Legatos* alii committere noluit: quod si tales ii non essent, quales esse conveniret,

r) Vid. Cod. Menach. c. XI. θ. 7. & passim alibi Rabbinor. illud: מערין במקרא ואין כורידן

ret, male rebus suis prospectum fore arbitraretur s). Quam parum namque mittentis honori consulant isti Sacrorum Praecones, qui Supremi Numinis linguam ignorant; ex eo manifestum redditur, quod, ut mitissime loquari, *salem non repugnet*, quo minus subinde (horrendum dictu) *in Deum ipsum evomant mendacia*: asserti alicujus autorem Ipsum adstruentes, quod nunquam edit. Quoties quæso! e sacris literis, stylo his usitato plenis claimant buccis: *Ita inquit Dominus*; verbis, quæ Dei venditantur, subjunctis? cum hæc sæpius esse possint solius Interpretis, cui fit, ac cum mente divina nil quicquam habere commune.

Evidem haud ignoro, *additur* quandoque *Legato* ab ipso Principe *Interpres*. Sed eas adituro gentes, quæ diversa cum *Legato* utuntur lingua. Neque hac fine, ut *Legatum* edoceat, quæ Principis mens

s) Xenoph. l. c.

mens sit: verum ut a *Legato* edoctus, hu-
jus verba idiomate enunciet illis noto,
ad quos mittitur. At qui apud nos *Le-
gati* titulum affectant, ad suos mittuntur
Contribules, eadem cum ipsis lingua
gaudentes: ex ore *Interpretis* sumunt,
quod ipsi enunciant aliis. Atque adeo,
dum *Legatos* se venditant, *Interpretis*
(quid impedit, quo minus quandoque
iniqui, suæque servientis hypothesi?)
Ipsi fiunt balbutientes *Interpretes*: ne
dicam mancipia. *Interpres*, ab ore pen-
deat *Legati*, non *Legatus* ab ore istius.
A nemine ille informari cupit, nisi a so-
lo Principe, a quo mittitur: & comites
suos, in quorum numero etiam *Inter-
pres*, format omnes. *Legatus* dirigat
interpretum. Hic internunciij vices
præstet, ejus exsecuturus jussa; non Do-
mini, qui instruat *Legatum*. Turpe ita-
que ac ridiculum dictu est, *Legatum* se
venditare, & tamen ab arbitrio pendere
Interpretis. Haud secus ac si quis Do-
minum

minum se diceret ei , cuius per omnia
exsequitur mandata, ipsius religiose ad-
dictus sententiæ. Nemo talem pro Do-
mino habebit; pro servo omnes. Quo-
ties enim facta verbis sunt contraria, to-
ties ex factis judicamus, verbis neglectis.

Atque adeo non est, cur talis mire-
tur , si forte dubia Cordatis ejus redda-
tur vocatio : suspicantibus, ipsum æquo
jure eodem ornandum elogio, quo olim
Demosthenes , Æschini impudentiam
hanc exprobraturus, vocabat eum *αὐτο-*
χειροτόνητον πρεσβευτὴν αὐτὸν εἰς τὸν λε-
γατον τον). Quidni etenim , persuasus
quis, Apostolicum illud ad Timotheum,
(*ne cui manus imponantur temere u*),) mo-
nitum nondum antiquatum esse , aut *ε*
Dei Ecclesia proscriptum, censeat, *Lega-*
ti munus interpreti potius assignatum,
quam ejus sectatori? Cum iste ad id rite
obeundum hoc tali longe sit aptior.

Non

i) Demosth. de fal. leg. ii) I. Tim. V. 22,

Non adjudicatur illud officii, nisi præstantissimo cuique. Ptolomæum Ægypti Regem Cæsar hortabatur x), ut Legatos ad Achillem mitteret, quos e suis necessariis haberet autoritatis maxime. Reges ipsi Legati potius titulum gerunt, quam autonoma regos; quatenus Dei loco, justitiam in terris administrant hominibus y). Qui a Moabitis & Midianitis Legati ad Bileamum exorandum mittebantur, non modo Seniores dicuntur populi z); sed personæ Principes a). Amphitruo

delegit viros Primorum Principes. Eos legat; Telebois, jubet sententiam ut dicant suam b)

Ideo Nestor Sapiens ille Homericus, Phœnicem, Ajacem atque Vlyssem Legatos

x) Cæsar de Bell. Civili lib. 3. c. 20. fin. p. m. 157. y) Vid. 2. Chr. XIX. 6. z) Num. XXII. 7. a) I. c. v. 13. 14. 15. b) Plautus Amphitr. Act. I. Sc. I. v. 49. 50.

præ-
gatos eligit, persuadendo, expugnan-
Egy-
doque Achilli; quod magis idoneos ad
t Le-
id negotii exercitus non haberet c).

suis Ridet Hieronymus d) legatum, qui
cime. patrono egeat. Et Demosthenes lex,
runt, inquit e), mortem illi indixit, qui non
loco, missus, tamen se fert legatum. Ac
omis- paulo post, idem, falsum legatum ca-
tani- pitis damnari, asserit. Certe securitas
um, communi gentium jure Legato servan-
di- da, ægre ipsum liberabit suppicio. Non
inci- impedit hæc Delegantem, quo minus
pes: suo in ministrum utatur jure. Sustinet
iam iste quidem culpam verborum fideliter
cus, ab Oratore perlatorum f): nequic-
Le- quam tamen damnum ferat rei perpe-
atos ram administratæ, nulla in negligentem
suscepta animadversione. Ipse Lega-
tus

c) Hom. Iliad. l. 9. v. 165. d) cit. Car.
Paschal. legati c. 15. circa fin. p. 81. e) de
falsa leg. p. 216. f) ad mentem Petri cu-
jusdam, Justiniani Imperatoris ad Theodatum
legati, apud Procop. de Bell. Gothic. lib. 1. c.
7. p. m. 325.

tus improbus corruat in malum: verba sunt Regum sapientissimi g). Et Cicerro Antonii flagitiis coram Senatu Romano enarratis, subjungit h): Neque vero si quis Dux aut Legatus constitutus a Vobis, nihil recte gerat, eam culpam Vobis sustinendam, Vos, qui misstis, existimabitis. Indignum quippe fuerit, ab iis, qui rebus gerendis præficiuntur, emolumenta honoresque capi: crimaña & culpam Vobis impingi. Jam olim Romanorum Legati municipales ex delictis in legatione commissis, cogebantur Romæ pati judicium; sive ipse admiserint, sive eorum servi i). Immanis videatur nonnemini k) sententia Theodati, Gothorum Regis, Legatis denunciata l): ab omnibus tamen M.

Fabii

מְלָאֵר רְשֻׁעַ יְפֹול בֶּרֶע g) Prov. XIII. 17.

h) ap. Dion. Cassium, lib. 45. p. m. 282. i)

Ita Paulus lib. 17. ad Plautium, Dig. lib. V. t. I.

l. 24. de Judiciis. k) Paschalio l. c. c. 75.

p. m. 445. l) Ap. Procopium l. c. p. m. 325.

Fabii illi ad Gallos *Legati*, postquam
secus ac in mandatis habuerant, egis-
sent, jure censentur a Gallis ad pœnam
postulati, tanquam violatores juris gen-
tium m). Et, cum ambitio obstaret,
quo minus illico n) decernerent Roma-
ni in tantæ nobilitatis viris, quod ju-
stum erat; negligentiam hanc, Camil-
lo judice, Dii tam acerbe vindicarunt,
ut totam urbem in manus traderent
offensorum o). Patrum nostrorum
ævo *Legatus* ex periculosissima licet le-
gatione redux, in jus tamen vocaba-
tur; & convictus, quod Principis vo-
luntatem haud decenter exsecutus es-
set, mox plectebatur capite p).

b

Neque

m) Liv. lib. 5. c. 36. n) quid enim dein-
ceps factum sit, vid. ap. Liv. lib. 6. c. 27. o)
Liv. lib. 5. c. 51. p) Olear. Itin. Pers. lib.
6. c. 27.

Neque hoc de solis factis intelligendum. Verborum quoque, secus ac jussum fuerat, delatorum pœnas dare debet *Legatus*. Platonis de hoc sententia dudum approbata est omnibus. *Legatus*, inquit ille q), aut *Preco*, si ea, quæ publice fuerint sibi demandata, falso nuntiaverit, vel falsam legationem alio quovis modo obierit, ea tacendo, quæ dicenda illi fuerint, vel aliquid a se fictum retulerit, quod minime extiterit; sive aliter in legatione prævaricari compertus fuerit: adversus hunc agatur, aque ac eum, qui Mercurii Jovisque legationes & mandata impie & nefarie fuerit transgressus. Qui, si judicio succubuerit, penes Judicem arbitrium esto, ecquonam, pro delicti

q) de legibus lib. XII. statim ab initio tom.
2. Oper. p. 941. Edit. Serr.

delicti merito, plectendus sit suppli-
cio. Præcipue urget prævaricatio-
nem in verbis commissam. Si falso,
quæ sibi commissa sunt, nunciaverit, ea ta-
cendo, quæ dici debuerunt, aut referen-
do falsa. Tantum abest, Verborum
pœnas in *Legato* negligi; ut ista quam
maxime in rigorem examinis trahen-
da veniant. Cujus namque alterius
rei, inquit Demosthenes r), quam
Verborum ratio a Legato reposcenda est?
Neque enim Legatis committuntur
triremes, aut loca, aut legiones, aut
arces. Nemo hæc Legatis tradit; sed
verba & tempora. Quod si verba re-
nunciavit vera & utilia; absolvitur:
si falsa & inutilia; teneatur. Nul-
la enim in re populus lœdi gravius
potest, quam audiendis menda-
b 2 ciis.

r) l. c. p. m. 224. A.

ciis. Quorum enim in verbis sita est respublica: quo pacto, si ea vera non sunt, tuto geri potest respublica? Nec a poena liberat Legatum, si, quod minus ex præscripto peractum fuerit, in Interpretem devolvat, vel quenquam alium e comitibus. A præcipuo legationis capite actorum reddenda est ratio: non ab illis, qui operam præstiterunt ipsi subsidiariam.

Quomodo ergo Nostri excipientur, qui sine Interpretate ne hiscere quidem ausint, & cæteroquin sæpius vix digni, qui Levitarum rite expediant munia? Judæorum leges, ipsa duce Scriptura s), morti per manus Cælorum inferendæ adjudicant, non solum peregrinum, ex alia, quam Levi tribus prognatum; sed ipsummet Levitam, Janitorum

Can-

s) Num. XVIII. 3.



Cantorumque officio obeundo paratum t): si ausit hic Sacerdotis capessere munia u). Quam male cesserit *Koræ*, quantumvis Levitæ, quod Sacerdotum partes sibi arrogare voluerit; lu^tuosus & miserrimus ejus socrorumque comprobat interitus x). Ita prorsus non video, quo prætextu Judicis sententiæ valeant se subducere, quotquot tenuitatis suæ consciæ, munus Præconis adepti, in obeunda divina *legatione*, stricte non exsecuti sunt, quod in mandatis habebant. Imo vero eo gravior in hos pronunciabitur sententia, quo graviori in negotio deliquerunt,

b 3 quove

t) l. cit. it. I. Chr. X. 23. seqq. 2. Chr. VII. 6. cap. XXIX. 25. seqq. v. 34. cap. XXXIV. 13. cap. XXXV. 11. seqq. v. 14. seqq. Esr. III. 10. u) Maim. Hilc. *Kele hammikdasch* c. 3. §. 2. 9. 10. 11. Hilc. *Biath. hammikd.* c. 9. §. 1. seqq. e Cod. *Middoth* c. 1. θ. 1. *Erachin* c. 2. θ. 6. x) Num. XVI. v. 20. seqq.

quove atrocious. Quid autem gravius,
 quam causa æternæ hominum salutis? quid atrocious, quam sublesta explicatiōne credulas hominum animas decipere, ac s̄æpe secum in sempiternam ruinam dare præcipites? Quid, inquam, atrocious? quam ipso Deo immenso, Deo omnipræfente, ac Eodem omniscio, *Legationis* hujus Principe, inspiciente, in densa s̄æpius Electorum concione, tot attestantibus sanctis Dei Angelis, & ipsis præsentibus, non erubescere, ea subinde Deo imputare, ejusque verbis, quæ nunquam in mandatis dederat. Quæ, si non hæc summa, est impudentia? haud simplici expianda iustificatione. Serio hæc mecum perpendens, exhorresco totus. *Si quis contra hominem deliquit, litem componet Iudex: verum pro eo quis intercedet, qui in Deum ipsum est injurius y)?* Veror,

y) I. Sam. II. 25.

reor, ne hujusmodi *non lectus legatus*, advertens aliquando, vel toties crima falsi a se commissa, vel incerta obtrusa pro certis conscientiæ, sive fauciatae mortibus agitatus, sive dubie propulsus fluctibus, non inveniat, qui medelam afferat illis, his tranquillitatem. Usque eo nihil est, quod hac in primis ætate, qua undiquaque linguarum viget notitia, supinam hanc ignorantiam ulla excuset specie.

Quando satius foret, deprehenso hujus requisiti, ad id muneris absolute necessarii defectu, *aut nomen mutare*, *aut mores*. Et, si illud probrosum; certe hoc nec ignominiam affert, nec difficultatem nullis superabilem viribus. Facilis est ad hæc sacra aditus: in primis illis, qui, ut mature se præparent, advertunt animum. Quod si tamen aliquis vel propria culpa aversus, vel temporis aut sumtuum penuria exclusus, vel etiam

impia Aliorum, quantumvis in eminenti constitutorum loco, *dissuasione seductus*, neglexerit, hoc, si non *Unicum*, certe *in primis* sibi *Necessarium*: meminerit, satius esse sero sapere, quam prorsus non. Nemo quantumvis senio jam confectus ab hoc arcetur adyto. De Origene testatur *Johannes de Trittemheim* z), quod *jam senex*, *contra suam etatem*, *linguam hebream didicerit*. Quod si hæc, ob immensa ejus Opuscula, quæ sufficientem spirant linguae Ebrææ notitiam, (quæque intra tantillum temporis spatium, quod ab ætate decrepita ad mortem usque intercedit, haud potuerunt exarari,) parum approbentur; utpote nata ex Hieronymi verbis a) perperam intelle-

Etis

z) *De Scriptoribus Ecclesiasticis* ubi res *Origenis* literis prosequitur, f. IX. b. Edit. Parif. 1512. a) *Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum*, sub *Origenes*, tom. I. p. 285. Edit. Erasm. 1553. sed novæ *Marcianæ* t. IV. part. sec. col. 116.

atis b). De *Catone* illo Censorio, Romanæ quondam urbis Principe, plures c) testantur, quod *extrema* jam *etate*, utpote septuagenarius d), *grecas literas* nec erubuerit *Censor*, nec desperaverit *senex discere*. Manifesto, juxta Quintilianum e), hominibus documento; ea quoque percipi posse, quæ senes concupissent. Celebris ille Dominicus Bannes f) de se ipso testatur, quod in extrema senectute Ebræam linguam didicerit; ne amplius rideretur ab hæ-

b 5

reti-

b) Loquitur enim de moribus seculi istius, Ebræam linguam spernentis. Vid. tamen *Petr. Dan. Huetius Origenian.* l. I. c. 2. §. 3. c) Hieron. epist. ad Nepotian. quæ est 2. Edit. Eras. A. C. 1553. tom. I. p. 12. Marcian. ep. 34. tom. IV. col. 258. it. ad Demetriadem, in Edit. Eras. Epist. 8. t. I. p. 68. Marcian. t. IV. ep. 97. col. 792. Vid. *Valerius Max.* lib. VIII. c. 7. p. m. 732. d) Erasmus ad Hieronymi epistolam Dimetriadi scriptam. e) Institut. Orat. lib. 12. c. 11. p. m. 732. f) Vid. Sixtini *Amamæ Parænesis* * p. ult.

reticis. Si *Themistocles*, Plutarcho docente g), diem obiit supremum sexaginta quinque annos natus: sequitur, jam grandævum fuisse, quum *Interpreti* liceat diffusus, linguam Persicam didicerit; cum Non Rege post annum exactum, collocutus. Idem requirunt res antea præclare ab ipso gestæ. Quod si *Blaſillam* Paulæ primogenitam Hieronymus h) meritis extollit laudibus, quia isto difficultiæ ex eis in paucis non mensibus, sed diebus ita in Hebreæ linguae vicerit difficultates ut in descendis canendisque Psalmis cum matre contendere posset. In *discendis canendisque Psalmis* cum matre contendere: quam laudem alibi i) etiam sororis istius *Eustochio* *Julie* attribuit.

g) in vita Themistoclis p. m. 128. h) Epist. ad Paulam, super istius obitu, quæ in Edit. Eras. est XXV. p. 157. in Marcian. XXII. p. 54. tom. IV. oper. i) Epist. ad Eustochium, de Epitaphio Paulæ matris, quæ est XXVII. c. 12. in Edit. Erasm. & Mariani Victor. sed ultima Marcianæ LXXXVI. tom. IV. part. 2. col. 686.

buit. Indignum profecto foret, virum
inveniri, eumque Dei *Legatum*, qui
doctissimo hoc ævo, eandem, annis
licet senilibus, condiscere recusaret.
Non juvenculam fuisse *Paulam*, cum
animum ei cognoscendæ applicaret,
ex eo patet, quod quinque prius libe-
ros sit enixa, & filiam natu minimam
ferme nubilem habuerit, quum pro-
positum sibi votum exequeretur. Tur-
pe foret, ab imbelli sexu fortis superari
viros. Multi hac nostra & Patrum æta-
te extitere, qui, licet extremos vitæ
annos his applicuerint literis, uberri-
mos tamen brevi senserunt fructus.

Quos ut longe plures perciperent,
ante aliquot jam annos *Manuductionem*
vulgavi, duobus saltem constantem pa-
ragraphis: qui soli, e tricis Grammati-
cis, sufficere putabantur non doctiuro
alios, ad linguam Ebræam utcunque
cognoscendam. Agmen iidem nunc
clau-

claudunt Institutionum : occupati i graph Conjugationibus a se invicem digno cogn scendis, investigandoque themate. Utum ut enim Punctorum permutandorum doctrina, scientifice jam proposita, Phil unico innixa fundamento, nequaquam hoc intricata sit amplius ; sed paucas intr usus hebdomadas expediri possit feliciter gua Nemini tamen autor essem, ut ab illi possit vel juvenis occupationis faceret initium, vel senex eidem immoraretur per ipsi nitus. Nuda Verborum perfectioritur, Nominumque formatione, cum suff ad p xis cognita ; omne tempus ipsi Scripti brev ræ legendæ ejusque verbis vertendi hoc impendatur unice. Quod ut recte exp diatur, fida quædam Versio adhibenda lector cuius singulæ voces singulis, quoa appl fieri potest, accommodentur Ebræi sensu Quo vero certus reddatur in sensu dum Versione concepto; Dux fidelis, in fami culatis duobus modo memoratis paratum

gra

ati i graphis, eodem ordine, quem liber ad
igno cognoscendum electus postulat, omni-
e. Utum vocum non modo, sed & litera-
orur rum quandoque, monstret e *B. Glassii*
ta, *Philologia*, vel *Buxtorfi Syntaxi*, aut
quar hoc ipso *Interprete*, constructiones &
intr usus. Habet enim suos quæque lin-
citere gua Idiotismos: qui a nemine ignorari
ab ill possunt, sive juvenis ille sit, sive se-
nit nex, linguæ affectans notitiam. Hi
ur peipsi vero, quia judicio magis secernun-
oruntur, quam memoriæ subsidio, ex usu
suff ad pauca Bibliorum capita instituto,
riptu brevi evadent notissimi. Omnes in-
tendi hoc *Interprete* conatus sum latino ac-
expe commodare idiomati, ut, eo intel-
endalecto, & ubivis locorum convenienter
qua applicato, de vero *Mittentis Supremi*
bræi sensu nemini *Legatorum* sit desperan-
ensu dum, modo illo aliquamdiu utatur
s, in familiarius. Intimiori semper *Lega-*
paratum inter ac *Interpretem* intercedit
gra amii-

amicitia; quoties hic isti *legationique* ob
adscribitur coadjutor. Quin sæpe eve- tate
nit, ut & *Interpres*, (qui, ceu arca- dar
norum omnium conscius, non nisi e *terra*
primis eligendus,) ipse quoque *Legati* rum
nomine cohonestetur ac titulo. Ut *dean*
arctior inter utrosque coalescat neces- pert
situdo; & certiorem lætioremque *lega- me*
tio fortiatur eventum. Ipse ita futu- circ
rum, eo majori spe erigor, quo cre- sunt
briora occurrunt exempla, cum nemi- ex a
ne melius convenire *Legatis* nostris, min-
quam cum familiari sibi *Interprete*; tiva
cujus aliquoties experti sunt fidem. um
Quapropter operam dedi sedulo, ut stro
fidam meam probarem ubique indu- mag
stiam. Qum itaque longa didicerim qua
experientia, quod haud minimam inpta
quacunque lingua intimius percipienda biun
difficultatem pariant Particulæ: earum-cta
que usus genuinus, summas sæpe diffi- cile
cultates extricet felicissime; Certeis e
ob

nique ob suam non contemnendæ sunt exili-
eve-tatem, nec temere ulla credatur abun-
arca-dare. Nulla quippe in sacro codice li-
nisi e tera existit, a qua, juxta pium Prisco-
Legati rum effatum, non maximi montes pen-

Ut deant. Eapropter operose nimis hanc
eces-pertractavi partem: &, ob novam a
lega-me suppeditatam hypothesin, plura
futu-circa eam movi, quam ab ullo tentata
cre-funt haetenus. Quod omnia ubivis
nemi-ex asse sim asscutus, qui primus no-
stris, minalem significationem, pro copula-
rete; tiva in universum substitui; temerari-
dem. um foret, afferere. Viam tamen mon-
o, ut stro: quam si alii fideliter calcaverint,
indu-magis de modesta emendatione,
cerim quam præmatura & nasutulis rece-
m inpta reprehensione solici: non du-
iendabium, quin progressu temporis cun-
rum-cta reddantur certissima. Inventis fa-
diffi-cile est, aliquid superaddere; aut in
Certeiis emendare. Ipse, si Deus vitam &
ob vires



vires concesserit, subinde quædam ad-dam: alia forte, si usus postulat, mu-tabo in melius. Interea his utere L. B. feliciter: omnemque move lapi-dem, ut quotidie, in cognoscenda lin-guæ indole, altius profectus, brevi nec ab hujus, nec ullius *Interpretis ore* pendeas; sed Deum *ablegantem*, suoque Te instruentem mandato, in eadem, qua utitur lingua, ipse intel-ligas, Ejusque mentem cœtui, ad quem *Legatus* mitteris, absque *Inter-pretis ope*, annunties exactissime. Da-bam Jenæ in musæo, prid. Calenda-rum Maji, Anno ab Orbe redemto M. DCC. VIII.





CAP. I.

DE

NOMINE.



Dem Nomen sub
utroque Genere re-
petitum, denotat rei
significatæ universalitatem .

§. 2. Pro Adjectivo Ne-
tro Latinorum substantivè, vel
A ad-

a) Vid. Jes. 3. 1. Eccl. 2. 8.

adverbialiter *usurpato*, com- in
 muniter *adhibetur fœmini-* vel
num^b; nonnunquam *etiam*
Masculinum^a.

§. 3. *Adjectivum*, (& sic posse
 Participium atque Pronomen) sequitur
 cum *Substantivo* (in eodem esse
 Genere, Numero, ac Casu) que
 construendum, in statu absolu- stule
 to eidem *postponitur*^c. Sed

II. *Adjectivum* (Participium lia-
 & Pronomen) *Substantivo* qua-
præpositum, aut *significationem* run-
Verbi substantivi includit^d, aut *Sub-*

b) Vid. Gen. 6. 5. c. 50. 20. Psalm. 5. 10
 * Dan. 2. 22. a) Vid. Gen. 1. 31. c) Vid.
 Gen. 2. 3. c. 1. 24. it. c. 1. v. 28. 29. it. Gen.
 7. 13. c. 6. 4. d) Vid. Gen. 3. 6. c. 5. 1.
 c. 6. 9.

om. in Substantivum degenerat ;
 nini vel insuper
 iam III. *Adjectivum Substanti-
 vo præmissum, & in Regimine
 sic positum, indicat, Substantivum
 en) sequens in diverso à se Casu
 dem esse efferendum ; eo nimirum,
 su) quem Adjectivum latinum po-
 blu- stulat^f.*

§. 4. Numeralia Cardina-
 lia ut plurimum ^g, & nonnun-
 tivo quam etiam בְּ ^h, (* Chaldaeo-
 nemrumque demonstrativum זֶה)
 aut Substantivis suis præponuntur,

A 2 isto-

e) Gen. 17. 14. f) Gen. 49. 12. g)
 Vid. Gen. 5. 14. coll. Esr. 8. 35. h) Vid.
 Gen. 1. Chr. 28. 5. coll. Jes. 2. v. 3. 4. *) Vid.
 5. Dan. 4. 15. Esr. 5. 4. coll. Dan. 2. 18. Esr.
 5. 3.



istorumque Singularia (tam ante Numeratum , quām numeriprōpriae majoris speciei aliud), in *stantiā* formā sāpe constructāⁱ.

§. 5. Numeralia *Cardinalia* Sunt
ā *Tribus ad decem*, *Substantivis cat-*
suis adhārent in genere discre- alii
pante^k. Sed

II.

i) Vid. Gen. 5. 6. cap. 22. 2. cap. 32. 33.
Deut. 19. 5. II. Num. 7. 14. it. Gen. 1. 16.
Jof. 3. 12. 2. Sam. 10. 6. Gen. 32. 23. Ex. 25.
18. Gen. 4. 19. c. 14. 4. Ez. 23. 2. Lev. 24.
6. it. Gen. II. 13. c. 18. 6. c. 17. 25. c. 5. 22.
it. Gen. 6. 10. Num. 29. 13. Gen. 30. 36.
Num. 4. 44. Dan. 10. 2. 3. Ex. 38. 24. 26.
it. Gen. 14. 9. c. 46. 22. Jud. II. 40. 1. Chr.
12. 26. it. Gen. 5. 6. Ex. 26. 3. Gen. 5. 10.
32. c. 6. 15. Ex. 26. 37. Lev. 27. 7. Sed Num.
18. 16. Jud. 20. 15. 2. Sam. 18. 18. Jud. 8.
10. &c. Conf. Raschi ad Lev. 23. v. 8.
k) Vid. Ez. 40. 48. coll. Gen. 6. 10. it. Ez.
25. 12. coll. Gen. 14. 5. it. Ez. 27. 1. coll.
Num. 7. 17. &c.

n an- II. Si alia *Adjectiva* (Parti-
ume- cipia , ac *Pronomina*) cum Sub-
) , instantivis suis in Genere discre-
pant , non tām ad formam
nalia Substantivi , quām ejus signifi-
tivis cationem respiciunt ; & sāpe ad
scre- aliud tacite alludunt , laudis aut
contumeliæ notam constituen-
II. do ¹: vel

A 3 2, ad

32. 33.

1. 16.

Ex. 25.

cv. 24.

5. 22.

o. 36.

4. 26.

Chr.

5. 10.

Num.

ud. 8.

v. 8.

it. Ez.

coll.

1) Vid. Job. I. 15. I. Sam. 25. 27. Ez. 33.
 26. Amos 4. I. coll. v. 2. 4. Ruth. I. 8. &c. An-
 tigonum Sosius vocabat *Antigonam* , apud
 Joseph. de Bell. Jud, I. I. c. 13. de Hercule effœ-
 minato dictum est Act. I. Hippol. *crinem*
mitra pressit. Et Phryges ab effœmina-
 tione dicti *Phrygiæ* , apud Virgil. Aeneid.
 IX. v. 617. *O verè Phrygiæ* , (*neque enim Phry-*
ges) . Quomodo , Homerus Iliad. β. v.
 235. Α'χαιός ἐν ἐτῷ Α'χαιοῖ. Et apud e-
 und. Iliad. θ. v. 164. Hector ad Diome-
 dem fugientem : *Εγέσα , κακὴ γλήνη , i. e. fa-



aeſſe ignava pupa ! *Bunduica* Britan-
niæ Regina, cum in concione Neronem
ſolo nomine virum appellasset, tandem
inquit : non nobis in reliquum tempus
imperet η Νερωνίς η Δομιτία, i. e. *Neronia* aut
Domitia; apud Xiphil. epit. I. 6. p. m. 173.
Marcum Antoninum Philosophum Avi-
dius Cassius vocatè dicitur *Philosopham*
aniculam, apud Vulc. Gallic. in Avid. Cass.
c. I. p. m. 443. Q. Optimius vir consularis
adolescens non adeo bene audiit. Cum
igitur Aegilio, homini festivo, sed qui
mollior fractiorque videbatur, foemineos
mores exprobraret, *Qui tu Aegilia mea !*
inquiens, quando ad me venies cum tua lana
& colu ? lepidè hoc retorsit Aegilius :
non pol; quia ad famosas accedere mater ve-
zuit. E contra mulieres, si quæ virili ani-
mo, quasi in viros evasissent, donatae
funt nominibus masculis. Ut *Melania*
dicta fuit Melanius, *Albina* Albinus, ut
Rosued. norat ad ep. 44. S. Paulini. &
Franciscus (referente Pisano lib. 3. conf.
4. Part. 2.) Jacobam matronam Roma-
nam masculini pectoris, volebat vocari
fratrem Iacobum. Vid. Raynaud. de Pileo
ſect. V. Varro I. 5. de L. L. ex Ennii Me-
dea II. *Quis tu es mulier ! quei me insueto*
nuncupasti nomine ? Et *Livia* avia dice-

2. ad aliquam vocem convenientis generis ex contextu subaudiendam ^m.

§. 6. Numeralia Cardinalia (unitatem superantia) infra Decem , Numeratum exigunt Plurale ⁿ : supra decem verò , plerumque ^o Singulare ^p.

§. 7. Numerale Cardinale

A 4 I.

batur Caligulæ *Vlysses stolatus* , apud Sueton. in Vita Calig. c. 23. m) Vid. Gen. 49. 15. c. 2. 15. ubi conf. R. Sal. b. Melech. & Ab. Esra. n) Vid. 1. Reg. 7. 10. 1. & ci- tata ad lit. (k) Gen. 12. 4. dicitur חמש שְׁנִים וּשְׁבָעִים שָׁנָה i. e. quinque anni , ו septuaginta annus . Sed 2. Reg. 8. v. 17. שמונה שָׁנָה i. e. octo annus , juxta Cethib ; pro quo tamen Keri שְׁנִים anni. o) Ez. 40. 40. Sed p) Exod. 26. 7. עֲשֵׂת עַשְׂרֶה וּרְוֹעָה i. e. unde- cim cortina . 2. Reg. 2. 24. ארבעים ושְׁנִים וּלְרִיבָּה i. e. quadraginta due pueri . &c.

I. s^ape ponitur

1. pro Ordinali ^q; interdum

2. pro Proportionali ^r.

Haud raro etiam

3. commode pro Adverbio ^s.

* Obs. Chaldaei Multiplicativum seu Proportionale formant, multiplicanti pr^aponentes **רֹא** (unum), cui s^apius **לְעַד** vel **בְּ** præfigitur ^t.

II. Duplicatum vero sumitur distributivè ^u.

§. 8. Numerale Ordinale ^x, itemque Nomen Patronymicum ^y, paucaque alia hujus for-

mæ ^z

q) Vid. Gen. 7. II. Ez. 1. 1. r) Vid.
Ex. 22. v. 3. 6. 8. s) Vid. Prov. 24. 16.
t) Vid. Dan. 3. 9. & Onkelosum ad Exod.
22. ad II. cc. u) Vid. Gen. 7. 9. 15. coll. v. z.
& 16. x), Vid. Gen. 22. 15. y) Vid.
Dan. 2. 4.

mæ^z, sub terminatione Fœminina, sæpius adverbiascunt.

§. 9. Substantivis 1. diversorum Generum præeuntibus, Adjectivum &c. vel cum propinquiori convenit^a, vel in Masculino effertur, ceu digniori^b. Interdum

2. duobus, vel pluribus singularibus respondet Adjectivum &c. plurale masculinum^c.

§. 10. Substantivis dominium significantibus, (ארוז) atque (בעל) A 5

z) Vid. Mal. 3. 14. הלכנו קדרוניה
i. e. ambulavimus attratè. h. e. humiliter.
a) Vid. Jer. 7. 20. b) Vid. Deut. 28. 32.
c) i. Reg. 15. 18. הכסף והזהב הנוגרים
argentum atque aurum relicta.



בָּלְלָה) quæ sub formâ etiam plurali de unico dicuntur, *Adjectivum* (Pronomen , ac Particium) cohæret sæpius in Singulari ^d. Sed alia

II

d) Jes. 19. 4. Ex. 21. 29. Nequaquam verò huc pertinet בָּלְלָה : quod propriis σέβασμοι denotat , *Numen* suâ natura adorabile ; non Dominum. Unde id in simili constructione , cum Unitate essentiae divina , manifestam infert Personarum pluralitatem. Nec obstat , quod de Idolis v. g. Jud. 6. 31. in simili usurpetur constructione. Fit enim ideo , quod idololatræ Idola nefariè in locum Dei , qui quoad essentiam Unus , & trinus in Personis , substituant ; illisque dignitatem , cæteraque Prærogativa perperam tribuant , quæ non nisi Deo summo competunt. Est ergo sensus 1. c. Si Baal est ille Deus in essentia unus , & trinus in personis , qualis summus Deus esse debet , litigabit pro se , &c. De unica verò Persona divina sicubi in plurali usurpatum occurrit , sumitur partitivus. Conf. II. & infr. §. 114.

plur.
ecti-
tici-
ula-
II. *Substantiva pluralia*,
quæ Dominium non deno-
tant, *Singularibus juncta*, su-
muntur distributivè^e, vel parti-
tive^f.

II
§. II. *Adjectivum Substan-*
tivo Constructo junctum, sæpe
id ipsum ante se, post Geniti-
vum Latinorum, repetit in for-
mâ absolutâ^g.

§. 12. *Comparativus Positi-*
vo nullam specialem inducit
for-

e) Vid. Psal. 119. 137. f) Exod. 3. 6.
Tentia i. אָנֹכִי אֱלֹהִי אֲכִילָה
nmus Personarum divinarum Patris tui &c. Illa
De enim intelligitur, quæ v. 2. Angelus Do-
lurali mini vocatur : Patri parum conveniens.
itiva. Gen. 1. 26. c. 27. 29. secundum litteras. g)
Vid. Psal. 12. 8. secus Ps. 19. 10. Ez. 5. 16.

formam; Sed, hoc in communi suâ terminatione relictô, al-
teri voci, quâ cum instituitur tur-
comparatio, & quæ superatur,
præponit **in** vel **o**^h. Quod, si tu
significationem Positivi latine
retines, redditur *præ*, *magis*
quam &c. significatione verò
Comparativi assumtâ, omit-
tendum; nomine, cui præpo-
nitur, in Ablativo prolatô.

§. 13. Interdum Nomen,

Qua-

ne

h) Gen. 49. 12. Jud. 14. 18. Ez. 28. 3. Si
omnes superentur, quibuscum unus vel plu- 6.
res comparantur; solâ formâ Comparativus m)
obtinet, sensu Superlativus, v. g. Gen. 3. 1. Sed
1. Reg. 4. 30. trah.



mmu-*Qualitatem*, quâ inter se com-
b, al- parantur, *exprimens*, omitti-
tuitur ⁱ.

atur, §. 14. *Superlativus forma-*
d, si tur, si

latine
magis 1. alteri comparationis mem-
bro, quod sc. vincitur, præfiga-
verò tur ^{בָּקְ}; Vel id ipsum efferatur
omit in Genitivo, ea voce, quæ Su-
perlativum Latinorum expri-
mit, in Regimine positâ ¹.

2. Positivo addatur ^{מְנֻ}^m.

3. Positivus continuo gemit-
netur ⁿ.

4. Sub

3. 3. Si i) Jes. 10. 10. coll. Kimchio. k) Gen.
vel plu 6. 9. 1. Sam. 21. 8. Psal. 22. 13. Jud. 5. 29.
arativus m) Gen. 1. 21. n) Eccl. 7. 24. Prov. 20. 14.
n. 3. 1. Sed *triplex* vocis repetitio nec quicquam huc
trahi debet, qualis Jes. 6. 3.

4. Substantivum , non constructum cum Substantivo alio rei diversæ, sumatur adjectiv^o.

5. Substantivum se ipsum^r, aut Synonymum^q, regat in Generativo.

6. Aliquod ex Nominibus divinis אלה יְהָוָה^s אֱלֹהִים^t , aut יְהֹוָה^u , vel Adiectivo apponatur in Superlativum vertendo , vel Adiectivi vicem suppleat.

§. 15. Elegantiam linguæ dicunt , cum pro Adiectivo

verum unicuique expressioni sua seorsim constat significatio. o) Gen. 3. 6. p) Gen. 9. 25. q) Dan. 11. 2. * Dan. 2. 41. r) Jon. 3. 3. s) Psal. 80. 11. t) Cant. 8. 6. u) Psal. 104. 16.

con- usurpatur Substantivum, præce-
alio dente Præpositione כְּ^x, וְ^y, ac
ive בְּ^z; vel etiam Adverbium^a.

m^p, §. 16. Substantivum idem
n Ge- repetitum

nibus I. continuò in eodem Casu
aut designat

natur , vel 1. distributionem^b, vel

, vel 2. augmentum^c, aut

ngua 3. continuationem^d, certi-
tudinem, emphasis ac vehe-
men-

x) i. Chr. 26. 14. Quo referes Gen.
§. 3. & genuit בָּרוּתָה in similitudine
sua, i. e. SIMILEM SIBI, juxta imagi-
nem suam. Just. Mart. Apol. I. §. 32. ὅτι ἐν
ἔργοις σέργανοι, sutiles corona. y) Jer. 31.
v. 10. ita ὅτι ἐκ περιτομῆς, circumcisus, Actor.
10. 45. z) Jes. 1. 5. a) Prov. 3. 25. b)
Num. 17. 17. c) Gen. 14. 10. d) Deut.
16. 20.

mentiorem animi affectum^c.

II. Interposita vero copula, , ^{in a}
sæpe diversitatem denotat, seu
varietatem^f.

§. 17. Sic sententia eadem^b
continuò repetita, distributio-(*
nem indicat^g.

§. 18. Duorum Substanti- lati-
vorum Synonymorum potis- atc.
simum, conjunctorum invicem, Ch-
alterutrum vim Adjectivi expri-
mit, cum insigniori aliqua em- rin-
phasī^h.

§. 19. *Casus Obliquos non*

e) Pf. 22. 1. f) Pf. 12. 3. Sed 2.
Chr. 19. 5. simul distributionem infert,
q. d. *oppidatim*. g) Ez. 4. 6. h) Gen. 1. 26.
1. Chr. 22. 5.

indicant per Terminaciones,

ila, , sed

, seu

I. per Particulas ab initio
præpositas; Dativum scil. per
admodum ^d ; Accusativum per אֶלְךָ
(* Chald. נָתַן vel לְ) , cum ver-
bo activo constructum ; Ab-
anti-lativum vero per בְּ f vel בָּ g ;
atque Genitivum per בִּן (*
Chald. בִּנֵּי vel בִּנָּה) h

II. Per Pronomina ⁱ utplu-
rimum Suffixa ^k; quæ in Ge-
nere ac Numero cum præce-

B den-

d) Gen. 1. 29. * Dan 2. 7. e) Gen.

4. 11. * Dan. 3. 12. c. 2. 14. f) Gen. 24.

50. g) Ez. 5. 12. h) Cant. 3. 7. * Dan.

2. 14. i) Cant. 3. 2. Gen. 1. 12. * Dan. 2.

v. 26. 30. 37. c. 3. 22. k) Gen. 28. 13.



dente Objecto , cuius Casum per obliquum determinent , convenientia , ei semper apponuntur con voci , quæ causa est Casus obli qui. Nam vel possi

2. in quocunque Casu hujus- rum modi Pronomina reddi debebant , vel in eodem efferatur præcedens Ob- jectum (Casus Recti) ; signifi catione horum Pronominum de inceps omissa , & Præpositionis , si hæc quidem Casum Obli quum causarit , notatione præ missa *.

III. Per solam Constructio nem ; ubi Genitivus indicatur

k) Gen. 1. 12. * Dan. 4. 5.

per præcedens Substantivum
constructum¹, reliqui Casus
vel per Verbum, vel per præ-
positiones præmittendas^m.

§. 20. *Duorum Substantivo-
rum res diversas significantium,
vel*

I. *Prius ponitur in statu Con-
structoⁿ; vel*

II. *Priori voce in Statu suo
(frequentius^a) relicta, poste-
riori (scil. Recto) præfigitur nota
Genitivi^b, Chald.^c**

B 2

III.

1) Gen. i. 20. * Dan. 3. 12. m) Gen.
3. 15. Deut. 4. 32. *. Dan. 3. 13. n) Gen.
25. 12. 13. * Dan. 3. 20. 22. o) Gen. i. 7.
coll. 9. Jon. 4. 5. * Dan. 2. v. 14. 15. 41. &c.
a) Jos. 8. v. ii. &c. post Regimen adhibetur,
in לְעֵדָה מִצְפָּה a septentrione, urbis אֶ

III. *Prius* ceu *Regens* *af-*
sumit Suffixum, cum *Recto* in
Genere & Numero coincidens.
 Id quod toties contingit, quo-
 ties *Rectum*, seu *Genitivus Latiri-*
norum, *præmittitur Regenti*.

IV. *Post suffixum* in priori
assumtum, posteriori *additu-*
nota Genitivi.

§. 21. *In Constructione* talis
plurium Substantivorum, in-
terdum prius non influit in id,
quod immediate sibi subjun-
cum est, sed in remotius; ita

p) Jes. 17. 6. Ex. 2. 6. q) Num. 24. 3
 Jes. 3. 12. Jon. 2. 7. Eccl. 2. 14. r) Cant. 3
 v. 7. * Dan. 2. v. 20. 44.

ut immediate appositum vel
seorsim cum subsequenti con-
struatur ^s, vel a subsequentis
regatur Suffixo ^t, juxta §. 19. II.

§. 22. Substantivum Re-
ctum genitivi casus, vel Cau-
sam efficientem ^u denotat, vel
Materialē aut Formalem ^x ;
item effectum ^y, subjectum ^z,
objectum ^a, adjunctum ^b, ac
similitudinem ^c.

§. 23. Substantivo con-
struendo absolute, aut cum arti-
culo posito, idem subaudien-

B 3 dum

s) Jes. 19. 11. 2. Sam. 24. 9. t) Gen.
9. 5. u) Jes. 1. 1. x) Gen. 3. 21. y) Jes.
9. 6. z) Jer. 49. 36. a) Joel. 4. 19. b)
Psl. 55. 24. c) Jes. 1. 10.

dum est in forma constructa^d.

§. 24. Substantivum quoque cum alio nonnunquam construi-
tur, otiose interveniente Propo-
sitione tamen conjuncta^e, quam
separata^f. Quin &

II. Cum Infinitivo^g Sub-
stantivum construitur, item
cum Pronomine relativo^h, ac
Adverbio in naturam Nominis
elevandoⁱ; nec non cum Parti-
cula significativa, tam connexa,
quam inconnexa^k.

§. 25.

d) Jos. 3. 14. Regulæ fundamentum
vid. Ex. 38. 21. coll. Raschio. e) 2. Sam.
1. 21. f) Jud. 5. 10. g) Ruth. 1. 1. h) Gen. 40. 3. collata Kimchii de יְהוָה sen-
tentia: cui tamen contrariatur 2. Reg. 13. 22.
i) 1. Reg. 2. 31. k) Jer. 23. 23.

§. 25. Nomina formæ con-
structæ Præteritis¹ juncta , vel
Futuris^m , important defectum.
Relativi וַיְהִי qui, quæ, quod.

§. 26. Substantivorum con-
structorum invicem sæpe mo-
do priusⁿ modo posteriorius^o , vim-
babet Adjectivi. Vbi inter-
veniens pronomen posteriori
suffigitur , ut ut pertineat ad
prius p.

§. 27. Nomina וְvir וְ
פֶּלֶץ ac בָּלֵד dominus^s (eorū)

B 4 rum.

- b) Hof II. 2. m) z. Chr. 24.. II. Iob. 3. 2.
n) 2. Reg. 19. 23. Gen. 1. 30. o) Gen. 1.
v. II. 21. p) Ies. 2. 20. q) I. Sam. 16.
v. 18. r) Ies. 5. 1. c. 23. 10. Zach. 9. 9.
Dan. 2. 25. s) Prov. 1. 17. Ex. 24. 14.
I. Reg. 17. 17. Nah. 3. 4. Gen. 14. 13.



rumque Fœminina), construeta cum aliis , constituunt Concreta denominativa , ac possesiva.

§. 28. Nomen בֵּית do-
mus , in statu constructo posi-
tum , pro quovis continente ,
vase , vel loco accipitur .

§. 29. Quanquam nomina
בָּתִי ^a , 2. וְרַגְלִים ^b , 3. יָדִים ^c ,
4. רַכְבָּר ^d ,

t) Gen. 39. 20. 2. Sam. 20. 3. Neh. 2. 3.
Unde Rabbinis בָּתִי וְרַגְלִים domus manuum pedumque , pro chirothecis & tibialibus . Quæ Scriptura ignorat . a) * Ch. וְרַגְלִים os , præmissis potissimum Præpositionibus כְּלָי , atque על Vid. Lev. 25. 52. cap. 27. 18. coll. Onkel . b) * Chald. שְׂמָךְ nomen . Vid. Jer. 33. 9. Jes. 30. 27. coll. Jonath . c) Manus , ut Ies. 20. 2. pro ministerio . Est enim manus in homine actionum plerarumque instrumentum .

4. אֲוֹרֹות֙ ^d, 5. פְּנִים֙ ^e, 6. רֶבֶר֙ ^f,
 7. נַפְשׁ. ^g 8. רָאשׁ. ^h 9. עַצְם֙ ⁱ, 10. גָּלֵל֙ ^k,
 I. רָוח֙ ^j II. ^l,

d) vel fœm. **רֶבֶרֶת** *verbum, res,*
causa. Vid. Gen. 43. 18. Eccl. 8. 2.
 * Dan. 2. 30. ut τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ap. Aristoph. Nub. Act. 1. Sc. 1. v. 2. e) * chald. **אֲפִי** *facies*, Gen. 1. 20. &c. Ut in homine
 cæterisque animalibus *faciem*, *vultum*
 denotat, nunc *benevolum*, nunc *iratum*: Ita in re quacunque alia, *translate*, partem ejus anteriorem superioremque innuit. f) * chald. **עַסְק** *causa*, præmisso **לְ**, v. g. Gen. 21. 11. Jos. 14. 6. coll. Onkel. & Jonath. g) a. v. *devolutio*, *occasio*, præfixo **בְּ**, ut Gen. 39. 5. *Negocia strenue administrantes*, crebro se *devolvunt* & torquent. h) *Caput*, ut Gen. 40. 19. auferet Pharao **רָאשָׁךְ—אַתָּה** *caput tuum*, i. e. *te ipsum*, de dignitate tua. (Vid. infra §. 161.) quin suspendet te super arborem. Capite enim truncatum nemo jugulat in patibulo. *Pars corporis palmaria* ponitur pro toto supposito. i) *Os*, *substantia*, Rabb. **גּוֹף** Vid. Gen. 7. v. 13. *substantia* vel *essentia* rem a re *secernit*. k) *Anima*, Vid. Gen. 9. v. 5. Jer. 51. 14. Num. 23. 10. Sc. *Anima*, pars hominis *principalis*, pro *ipso* ponitur. Sed &



H. 12. מִבְרָא רוח &c. ad genium Europæorum accomodata,

vitam denotat. Vid. Jud. 12. 3. 1. Sam. 28. v. 21. quæ morte intercidit, Num. 1. c. & Deus jurans introducitur, *quam certe vivo*. Et, ne 1. Sam. 1. 26. in **רֹוח נֶפֶל** tautologiam statuas, vertendo *vita* *vite-tuæ*; reddendum *vita animæ tuae*, i. e. *quam certe vivit anima tua*. 1) *Spiritus* ut Num. 5. 14. Job, 6. 4. Arabibus pro Pron. reciproco frequens. Vid. Locman. fab. 14. 27. &c. quod probare videtur græc. Ioh. XI. v. 33. coll. v. 38. *Spiritus* in homine & animali quoque, maximum conferunt conservandæ vitæ: unde nec mirum, si pro *vivente ipso* ponantur. Poterit tamen l. c. & alibi affectum notare, quandoque *iram*, *animam*, certamque ejus facultatem, propositum, ac voluntatem. Vid. Maim. More Nebuch. Part. I. c. 40. m.) Pro varietate suffixi appositi, omnium Personarum Pronomina exprimit, v. g. Gen. 28. 15. Ies. 42. 1. c. 63. 17. c. 51. 14. Ruth. 3. 8. & sape penes Targumicos adhibetur pro Ebræorum **רֹוח**, de quo in proxime præcedentibus. Ad literam. *Verbum* denotat.

data, s^æpe videantur, nativa sui significatione neglecta, pro Pronomine poni reciproco, interdum abundare penitus; Ratio tamen Tropi, qui reciprocum significationem inducit, ubivis potius inquirenda est sedulo, quam permittendum, ut quicquam temere credatur otiose possumus.

§. 30. קְרֵב^g atque קָרְבָּה^h (medium) non præcise medium æqualiter ab extremis distans significat; sed extimis saltem opponitur, meditullium quandoque

g) Deut. 21. 12. Lev. 16. 19. h) Gen. 48. 16. Jer. 23. 9.

que ac *viscera* denotans ; &
mediante *Præpositione* אֶל vel בְּ ,
idem est ac *intra*, *inter*.

§. 31. Nomina אִישׁ virⁱ ,
אִשָּׁה mulier^k , גֶּבֶר vir^l , atque
אָרוֹם homo^m , sæpe sumuntur

I. *Indefinite* , pro aliquis, quis-
piam. Haud raro

2. *Distributive* , pro unus-
quisque , singuli, quilibetⁿ .

§. 32. Idem אִישׁ vir (atque
אִשָּׁה mulier) relatum ad præ-
cedens aliquod Substantivum ,
in oppositione ad אֶחָד , frater^o ,
אֶחָות^p

i) Gen. 45. 1. k) 1. Reg. 7. 14. l)
Job. 22. 2. m) Lev. 1. 2. n) Gen. 10.
v. 5. Jud. 21. 16. Job. 33. 29. o) Gen. 13.
11. Ex. 26. 3.

עַמִּית אֶחָת *soror*), רֵעַ amicus^p, proximus^q, vel אֲישׁ vir^r, elegantius latine redditur *Unus* vel *Alter*; vocum verò oppositum quælibet *Alius*, vel *Alter*.

§. 33. Eadem Distributiva significatio locum invenire potest in unoquoque Substantivo cum seipso, mediante præpositione aliqua, constructo; nisi quod in iis propria cuiuslibet significatio semel sit exprimenda.

§. 34. Vox יְמִינָה dies non mini-

p) Gen. 11. v. 3. q) Lev. 19. 11. r)
I. Reg. 20. v. 20. s) Ex. 26. 28. Gen. 25. 23.
Ex. 4. 10. à tempore uno ad alterum.

minibus *Annum*^t, vel *Mensem*^u, significantibus addita, infert illis tempus completum: saepiusque in statu absoluto postponitur, raro in eodem statu præmittitur^x.

§. 35. Nomen *Conjugatum*, aut *cognatum*, vel *Verbi sui significationem intendit*^y, vel *effectum ac objectum actionis innuit*^z.

§. 36. *Dualis Terminatio*
□: non semper significatio-
nem

t) v. g. Gen. 41. i. 2. Sam. 13. 23. c. 14.
v. 28. Jer. 28. v. 3. II. u) Gen. 29. 14. x)
Vid. Jud. 19. 2. y) Gen. 27. 33. Deut. 7.
4. coll. Kimchio ad Jer. 23. 5. R. Sal. b.
Melech. ad Jes. 59. 17. & vid. Eustathius
ad Iliad. B. v. 788. z) Gen. 1. II. c. 27. 30.

nem vocis ea affectæ duplicat^a.

§. 37. *Pluralis pro singulari positus, magnitudinem rei exprimit, ac excellentiam^b.*

§. 38. *Verbalia (loco Infinitivi usurpata) eleganter regunt Casum verbi sui.*

CAP. II.

DE

PRONOMINE.

§. 39. *Pronomina præter usum Europæis communem, quo*

a) Eccl. 10. 18. Gen. 4. 24. Conf. Abb. ad Ex. 12. v. 6. b) Joh. 12. 7. Prov. 1. v. 20. c) Gen. 29. 20. Deut. 10. 12. Cuius fundamentum habetur Deut. 5. 26. Vid. c. 7. 8. c. 10. 12. 1. Reg. 8. 42. 2. Sam. 19. 7.



quo vicem repetendorum Nomina sustinent, Orientalibus gnu-

I. Tantum Casum obliquum designant Objecti sui, (sive Nomen id fuerit, sive Pronomen), vel subjuncti, (modò cum propriâ Casus nota^d, modò sine eâdem^e,) vel in Casu recto præmissi^f.

II.

d) Gen. 6. 13. 2. Reg. 16. 14. 15. e) Job. 33. 20. Ob discrepantiam autem generis, cave huc traxeris Gen. 2. 19. Quin talem ibi verborum ordinem concipe: וְכֹל נַפְשׁ חַיָּה שְׁמָוּ הַוָּא אֲשֶׁר i. e. cuiuscunque animæ nomen erat illud, quod impositurus erat ipsi Adam. f) Vid. ad §. 19. II. Quod & in Pronominibus valet, non tantum Relativō אֲשֶׁר, v. g. Gen. 1. 11, 12. 29. &c. sed & Personalibus v. g. Gen. 24. 27. Jof. 23. 9. * Dan. 2. 30.

No.
us
uum
sive
Pro-
mo-
ra
el in
II.
Job.
gene-
Quin
cipie:
וכ
unque
s erat
od &
lativō
c Per-
Dan.
us
gnificationem habent ^g, in pri-
mis, si objecto suo immediate
præfigantur.

III. Quod si tamen obje-
ctum, ad majorem saltem tex-
tus perspicuitatem, superaddi-
tum est; & huic, & Prono-
mini, sua constabit significatio,
si latine inseras vocem expla-
nativam *nempe*, *nimirum*, vel
scilicet^h.

§. 40. *Pronomina*, maxime
separata, sæpe aut

I. pro *Verbo ipso substanti-*
C wo

g) Dan. 3. 6. 7. 8. 15. 33. c. 4. 30, h)
Ex. 2. 6. c. 7. 11. Jos. 1. 2. Jer. 27. 8. c. 51. 56

vo, ejusdem cum Pronomine personæ ac numeri, ponuntur: aut

2. significationem Verbi substantivi includunt ^b. Quorum hoc semper obtinet, si Substantivis præponantur.

II. הָנָה tamen atque הַנָּה, cum Pronominibus personalibus primæ ac secundæ personæ constructa, videntur etiam earum personarum verbum substantivum exprimere;

nisi

b) Lev. II. v. 44. 45. קְדוֹשׁ אֱנִי
 1. Petr. I. 16. ἐγὼ ἀγιός εἰμι. Gen 3. 10. 11.
 c. 42. 11. It. Gen. 3. v. 6. 9. c. 42. v. 9. 14.
 Ruth. 3. 9. i) Jes. 41. v. 4. Ps. 44. 5. * Dan.
 2. v. 30. c. 4. 19.

nisi malis significationem reciprocam ille ipse, idem^k &c.

§. 41. Quanquam consultius videatur, ut *Pronomina* referas ad propiora: *interdum* tamen ad remotius respiciunt, propioribus præteritis¹. Quin

2. *Objectum* quandoque prorsus abest, e contextu & constructione *supplendum*^m.

C 2

§. 42.

^{k)} Ita Kimchi ad Jon. i. 8. אַתָּה שְׁבַע בָּרוֹן i. e. si tu es ille ipse, propter quem. ^{l)} Gen. 10. 2. 2. Sam. 20. v. 6. Ebr. 12. 17. ^{m)} Gen. 6. 15. וְזֹה & hæc est, subintellige שִׁיעֻר mensura, Vid. Num. 25. 4. Psal. 114. 2. Prov. 25. 27. Quo referunt Jes. 8. 21. פְּנֵי in ea, scil. *Judea*. Sed hic commode refertur ad תּוֹרָה, si transgressus fuerit eam (legem),



§. 42. Pronomina Personalia, vel

I. in subsecuto Suffixo personæ ejusdem repetitaⁿ; vel

II. Dativi & Genitivi Casus, sumuntur quandoque possessive o.

§. 43. Demonstrativi in eadem sententia repetitio, indicat distributionem^o.

II. Idem demonstrativum
¶ hic,

I. Interdum indefinite sumi-

n) Ez. 9. 10. * Dan. 2. 29. o) Psalm.
107. 6. Gen. 15. 13. c. 31. 32. 2. Reg. 6. 11.
* Dan. 2. 20. p.) Jes. 6. 3. * Dan. 5. 6.
c. 7. 3.

mitur^q; nonnunquam relative^r.

2. Cum Præpositione constructum, subintelligit significationem מָקוֹם loci^s; ac

3. (α) Numeralibus præpositum^t; aut

(β) vocibus מָה quid^u, לְפָרֵךְ quare^x, atque עַתָּה nunc^y subjunctum; commode redditur nunc, jam, modo, tandem &c.

§. 44. Quanquam Scriptura, in significazione Pronominis, שָׁנֶה tantum de subjecto

C 3 in-

q) 1. Sam. 17. 12. r) Psal. 104. 8. s) Gen. 37. 17. Deut. 9. 12. t) Num. 14. 22. u) 2. Reg. 1. 5. x) Gen. 18. 13. y) 2. Reg. 5. 22.

intelligente usurpet ^t, **וְאַזֶּה** ve-
ro de re quacunque alia ^u.

II. Autores tamen Profani, etiam

I. **וְאַזֶּה** (substantia) ad Por-
sonas transferunt ^x. Qui &

2. **מִתְּבָרֵךְ** verbum , atque
Spiritus ^y, eodem sensu usurpant
quandoque pro Pronominibus
reciprocis.

§. 45. Particulae , quæ Re-
lativo **אֲنֹ** (qui) præpositæ de-
prehenduntur, sæpius ^z non re-
gunt

t) Jer. 51. 14. u) Ez. 40. 1. conf. ta-
men §. 29. x) **וְאַזֶּה עִזָּזֵל** ego ipse , **עִזָּמָה**
tu ipse , **וְאַזֶּה עִזָּמָה** ille ipse &c. y) Vid. supra
§. 29. nr. 9. & 11. 12. z) Contrarium enim
v. g. Gen. 31. 32.

gunt Relativum hoc, sed ejus
antecedens ^a ille, illa^a, vel ^{בָּ}
illud ^b, aut etiam locus ^c, com-
mode subintelligenda.

II. Hoc ipsum ^{אֲשֶׁר}
(* chald. ^{וְ}) sæpius abit in na-
turam Particularum ut ^d, quod ^e
nam ^f, quia, quandoquidem ^g, si ^h,
quam, quando ⁱ, quo ^k, ubi ^l, ^{מֵ} ^m,
quamvis ⁿ, ecce ^o, certe, imo, quin-
imo ^p.

C 46. §. 46.

- a Genef. 44. 4. b) Ruth. 2. 9. c)
- Ruth. 1. 16. d) Gen. 11. 7. Deut. 4. 40.
- * Dan. 16. c) Esth. 3. 4. * Esr. 4. 16.
- f) Deut. 3. 24. * Dan. 2. 20. g) Deut.
23. 5. * Dan. 2. 47. h) Deut. 11. 27. i)
- Gen. 30. 38. * Dan. 2. 23. k) Num. 13.
v. 27. l) Num. 20. 13. m) Eccl. 5. p 17.
- n) Num. 12. 11. o) 2. Sam. 2. 4. * Dan.
2. 25. p) Eccl. 1. 10. Jes. 49. 3. * Dan. 6. 6.

§. 46. ט (chald. ט) quis
I. cum רַא (non), universaliter affirmat ^q.

II. absque negatione , interdum

I. universaliter negat ^r ; vel indicat

2. paucitatem , ac difficultatem ^s:

3. Interdum extenuationem ,
ac contemptum ^t:

4. Haud raro etiam votum ,
ac fiduciam ^y.

III. Idem ט Substantivo post-

q) Job. 12. 9. r) Ex. 2. 14. s) Jes.
13. 1. t) 1. Sam. 18. 18. u) Jud. 9. 28.
x) 2. Sam. 23. 15. y) Jon. 3. 9.

postpositum ^z, aut notatum cum
^ל^a, effertur in Genitivo.

IV. Coacta sit Oratio,
nisi ^מ (& chald. ^{מֵן}) inter-
dum pro interrogativo Rei
^{מָה} tam pronominaliter ^b,
quam adverbialiter ^c accepto,
habeas.

§. 47. ^{מָה} (quid?) interdum
virtutem habet

1. Exprobrandi ^d, vel expositu-
landi ^e: modo

2. exaggerandi ^f, vel admi-
randi ^g:

C 5. 3. con-

^z) Gen. 24. 13. ^a) Gen. 32. 17. ^b)

I. Sam. 18. 18. Jon. 1. 8. ^c) Amos. 7. 2. 5.

^d) Gen. 44. 15. ^e) Gen. 31. 36. ^f) Ps.

8. 2. ^g) Gen. 28. 16.

3. nonnunquam extenuan-
di^h:

4. ratus etiam insultandi.

II. Idem ~~נַד~~ quid?

I. in primis + demonstrativo
præpositum, saepius significat
quare^k?

2. Substantivo postpositum
indefinite sumitur, pro aliquid,
quoddam!

3. Alias convenienter non-
nunquam redditur quam vel
quantus, aut quantopere^m.

§. 48.

h) Gen. 23. 15. i) Jer. 22. 23. + Nam
ita etiam absque Demonstrativo, v. g.
Mal. 2. 15. Ex. 14. 15. 2. Reg. 6. 33. Gen. 21.
v. 29. Jud. 8. 1. &c. k) Jud. 18. 24. Gen. 3:
13. l) Pasim ap. Rabb. m) Eccl. 1 L. v. 2.
Psal. 119. 97.



§. 48. Interrogativum tam Personæ, quam Rei,

I. Relativo אֲשֶׁר (chald. יְ) præpositum, assumit significatiōnem relativam; Personæ quidem ille ^m, Rei autem illud ⁿ.

II. Interrogativa hæc sæpe sumuntur indefinite, absque interrogatione ^o.

§. 49. Nominibus, itemque Particiiis, ac Pronominibus (Demonstrativis & personæ tertиæ), immedie præfixum, Articulum denotat tam

De-

^m) Ex. 32. 33. * Dan. 3. 6. ⁿ) * Dan. 2. 28. ^o) Gen. 43. 22. Hof. 14. v. ult.
* Efr. 5. 4. Jud. 9. 48.

Definitum ^p, *quam Indefini-*
tum ^q.

**Observatio*: *Chaldei* nunquam præmittunt voci Articulum, sed æquipollentem huic terminationem, in fine adiiciunt, a qua vocatur Status Emphaticus.

II. *Adjectivo* cum suo *Substantivo* *absque Ellipsi* verbi *substantivi* *constructo*, nunc alterutri præfigitur Articulus, nunc utrique ^s; *absque* ulla tamen mutatione *Positivi* in *Superlativum*.

III. *Articulus* non *præfigitur* *Nominibus*.

I. *Pro-*

p) Gen. 1. 26. c. 2. 12. q) Gen. 42. 27.
r) Jer. 2. 21. Ps. 104. 18. s) Gen. 1. 16. c. 7. 19.

I. Propriis hominum⁵,

2. Constructis⁶, &

3. Suffixa gerentibus⁷; nisi quando rarissime, ad singularem emphasis denotandam, una sola restrictio non videbatur sufficisse.

4. *Pronominibus* autem prime ac secundae personae, itemque *Nominibus* Verbum substantivum includentibus, apponitur nunquam.

IV. Si nomini *Constructo*⁸, vel *construendo*⁹, præfi-

⁵) Jud. 1. 20. Deut. 3. 1. 3. Neh. 11. 25.
Ez. 38. 2. 2. Sam. 24. 16. u) Jer. 25. 26.
⁶) Jos. 7. 11. Rabbinis frequens. y) 2. Reg.
23. 17. z) Jer. 25. 15. Fundamentum re-

figatur Articulus ; idem nomen absque Articulo, construete repeti debet, prius autem cum Articulo in statu efferatur absoluto.

V. ^{נִ} sub forma *Articuli*, Præterito ^a, Futuro ^b, & Præpositioni ^c, junctum ; ac non nunquam ante Participia & Nomina ^e, vim habet Relativi ^d ^{נְשׁוּן} supra traditam.

VI. Sub hac ipsa Articuli forma, ^{נִ} est

I. in-

gulæ suppeditatur. v. g. Gen. 27. 22. Num. 32. 1. a) 1. Chr. 26. 28. 2. Chr. 1. 14. b) Jud. 13. 8. c) 1. Sam. 9. 24. Mal. 1. II. d) Eccl. 3. 21. Psal. 134. 1. e) Gen. 16. 6. e. 43. 6.

I. interdum *distributivum*
seu *Universale*, *quicunque*, *qui*
libet^f.

2. interdum *Vocativum*, seu
patheticum^o^g.

§. 50. Suffixa cum Objec-
to, ad quod referuntur, in eo-
dem Genere ac Numero con-
veniunt; non autem cum voce,
cui affiguntur^h.

II. Nominibus duobus,
vel pluribus Singularibus (di-
versi etiam Generis) praeun-
tibus, Suffixum plurale re-
spon-

f) Ex. 12. 3. Gen. 1. 16. Num. 23. 14.
coll. v. 1. 2. 30. g) Num. 15. 15. & vid.
Michal Jobi ad Psal. 9. 7. h) Gen. 1. 25.
c. 2. 24. Ex. 18. 6.

spondet in Genere masculinoⁱ.

III. Suffixa si Genere^k, vel Numero^l cum suo Objecto discrepant; saepius ad sensum objecti respectum habuerunt, non formam. Scil.

I. Pronomen *singulare* Objecto plurali *respondens*, infert huic vim *distributivam*^m, raro *partitivam*ⁿ; Sed

2. Pronomen *plurale* Objecto

i) Gen. 1. 27. k) c. 2. 15. l) Gen. 15. 11. m) Hos. 8. 14. c. 14. 1. 5. 8. Vid. Deut. 21. 10. Jos. 2. 4. 2. Reg. 3. 3. Jes. 5. 23. Mal 2. 2. Ps. 35. 8. Eccl. 10. 15. n) Deut. 28. v. 48. servies inimicis tuis, אָשֶׁר יִשְׁלַחֵנָךְ quorum aliquem (non enim dicitur אָשֶׁר יִשְׁלַחֲךָ quos mitter) Dominus adversus te.

jecto (non collectivo) singula-
ri respondens , sumitur distribu-
tive o. Cæteroquin

IV. *Suffixa generaliter*

1. Particulis ^r, aut Verbis ^q,
(itemque Nominibus Nume-
ralibus ^r) adjecta , significant
personaliter , vel relative ; in tali
ordinarie casu , qualem vox , cui
apponuntur , postulat ;

2. *Nominibus vero reliquis*
apposita , significant possessive ;
Vel , ibi personam ipsam expri-
munt ; hic aliquid ad personam
pertinens . Et quidem

D V.

o) Hof. 9. 6. p) Gen. 37. 13. q)
Gen. 3. II. r) Num. 12. 4. s) ib. v. 7.

V. Suffixa Nomiⁿi apposita modo active vel efficienter explicanda sunt; modo passi^ve seu objective^u. Ad hæc

VI. Suffixum Nomiⁿi status absoluti adjicitur; sed *construendo adjectum*, efficit, ut idem nomen in statu constructo repetatur, Suffixo omisso^x. Omnibus observatis,

VII. Interdum Suffixum tam Verbo (intransitivo potissimum) quam Nomiⁿi adiectum, contextu ita urgente,

t) Jes. 38. 5. u) c. 56. 7. Hos. 11. 7. Psal. 74. 12. Gen. 4. v. 23. x) Cant. 1. v. 19.
* Dan. 4. 30. Vid. Jer. 46. 22. Hos. 14. v. 6. 7. 8.

exponi debet tanquam a voce
ista separatum, inserta una ex
Particulis בְּ, הָ, וְ cum תְּ,
לְ contra וּ, לְאֵלָא ad וְ, atque
רְאֵי &c.

CAP. III. DE VERBO.

§. 51. *Præteritum* omnes
Præteritorum species, scil. tam
Imperfectum^a, & Plusquam-
perfectum^b, quam Perfectum^b,
sub se complectitur.

§. 52. *Imperativus* tantum
D 2 affir-

r) Psal. 109. 3. s) Jud. 1. 15. t) Psal. 5.
v. 5. u) Psal. 53. 6. x) Neh. 9. 28. y)
Jes. 44. 21. z) Gen. 35. 5. a) ib. v. 7. b)
l. c. v. 12.

affirmative usurpatur ^t: Prohibitiones autem per Futurum exprimuntur, præposita particula אֶל ^a, vel לֹא ^b ne.

II. *Imperativus* non semper præceptionem, sed quandoque & permissionem significat ^y.

III. *Imperativi* prima ^z, ac tertia ^a personæ, per Futurum exprimuntur; cui, in primis in profanis, sæpe præponitur ל ^b.

§. 53

t) Exod. 20. 12. u) Gen. 19. 17. x)
Exod. 20. 13. y) 1. Reg. 22. 22. z) Gen.
18. 21. a) Gen. 1. 3. b) Berach. c. 2
§. ult. Bav. Kamma c. 9. §. 1. * Dan. 2.
v. 20. Sic. 1. Reg. 6. 19. לְהִתָּן ut ponat
illuc arcam foederis.

Prohi-
turum
parti-
mpe-
loqu.
z, ac-
urum
nis in
5. 53
x)
Gen.
c. 2
in. 2
ponas

§. 53. *Futurum*, I. in senten-
tiis generalibus, nec non actus
continui, etiam Præsens Latinorum
exprimit; potissimum quando in eadem oratione tam
Præteritum quam Futurum ad-
hibetur.

II. Sæpe quoque vim habet
Præsentis Subjunctivi, vel Im-
perativi^d.

§. 54. *Participium* exprimit
Præsens Latinorum^c: interdum
Imperfectum^f, vel Futurum,^g
semperque includit significatio-

D 3 nēm

c) Psal. I. v. 1. 2. d) Gen. I. 24. e)
Ex. 2. 14. Vid. Aristot. IV. Metaph. c. 7.
f) Gen. 2. 10. g) Gen. 6. 13. 17.

nem Verbi substantivi, quando
id nullo modo ^h adjectum fue-
rit. Sed

II. *Participium verbo sub-
stantivo expresso junctum, in
eodem Tempore, genere ac nu-
mero efferri potest, quo verbum
substantivum latine omitten-
dum, efferri debebat.*

§ 55. *Participium frequente
degenerat in naturam Nominis,
ejusque sequitur constructio-
nem.*

II. *Speciatim verbi substanc-*

^h) Sc. neque per וְנִזְמָן vel וְנִזְמָן, neque
per Pronomen. i.) Gen. 1. 6. Deut. 9. 29.
k.) Gen. 4. 2.

tivi Participium, Ebræis de-
fectivum, וְ * chald. אִתָּה, nunc

I. Nominis ¹, cuius for-
mam ² & flexionem exhibet,

D 4 signi-

I) Præpositionem ac Articulum sibi præmittit ; & Chald. additur eidem sa-
pe terminatio Status emphatici אִתָּה ; Affectiones Nominum, non Verborum ;
Ipsa quoque terminatio in אִתָּה primo intuitu suspicionem præbere po-
terat terminationis Syrorum pluralis.
Ut taceam, penes Syros eidem saepissime
verbum Substantivum superinduci, &
ebraice quoque interdum cum יֵנֶא con-
jungi, v. g. I. Sam. 21. 9. Psalm. 135. 17.
Ut adeo, utroque ad Verbum substanti-
vum relato, inanis sine necessitate ad-
mittendus sit pleonasmus. m) Formæ
בַּיִת, בַּשְׁר &c. non בַּיִת ex Quiescenti-
bus media : cum (...) suum saepè in (:) corripiat ; & בַּיִת הַשְׁמִינִי formam petat ex
Hüphal.

significationem exprimit, denotans essentiam, ὑπαρχήν, existentiam, existens^o, ens^p, soliditatem^q, &c.

(α) Verbo substantivo Latinorum interdum subintellecto: cuius numerum ac personam Suffixum indicat, quandoque additum^r; Tempus vero contextus.

(β) Quoad constructionem, influit quandoque in vocem

n) Ita LXX. Prov. 8. 21. o) Genes. 39. v. 4. p) Rabbinis dicitur creatio **המצאה** **הוּא מֵאָין** productio entis ex non ente. Ab. Esr. ad Genes. 1. v. 1. aliis **מֵאָין לִישׁ** i. e. ex non ente, ad ens. Abarb. ad l. c. meminit **וּמְצָאת** **הוּא מֵישׁ** **מֵאָין** productionis entis ex ente &c. q) Prov. 13. 23. c. 8 v. r) Gen. 24. 42. 49.

cem a se remotam, aliis inter-
positis^s. Nunc (in oratione
affirmativa)

2. Verbum substantivum de-
notat cuiuslibet temporis, per-
sonæ, ac numeri^t a Contextu
suppeditati. Unde &

(β) cum Infinitivo con-
structum^u, infert eidem vim

D 5 Ge-

s) v. g. 2. Sam. 19. 20. זְעֹר וַיְשִׁיבֵנִי צְרוּקָה
quænam existentia juris mihi est
amplius ? t) Prov. II. 24. I. Sam. 14. 39.
ubi in v. præced. pro eo adhibetur
יהָה Jer. 31. v. 16. 17. u) Raschi ad Exod. 32. 4.
ישׁ לְהַרְגִּמוֹ est transferendum illud :
Idem ad finem Exodi רְשֻׁגּוֹת יְשִׁיבֵנִי est er-
randum, vel errari potest &c. Gloss. Cod.
Pesachim f. 16. b. ad l. 16. ישׁ לְהַבִּין עַל בְּרַחֲנִיגֶר.
i. e. etiam invitatus debes intel-
ligere. Vid. de ejus opposito אֵין §. III.



*Gerundii Latinorum in dum,
necessitatem notantis.*

§. 56. *Kal* nude ac plane
significationem Verbi abstracti-
vam exhibet : que, pro varie-
tate thematum, Transitivea est
in aliis^x, in aliis Intransitivea^y.

Vel

I. *Kal* simpliciter deno-
tat agere vel pati ; Adjuncto,
cæteris Conjugationibus utplu-
rium adhærente, excluso pe-
nitus.

II. Dantur tamen certa
quædam Verba, scil. *וְיָנֵן^z*,
וְאַרְזֵן^z,

^x) i. Sam. 28. 20. y) Lev. 13. v. 5. z) In-
transitive Prov. 29. 20. sed Ex. 5. 13. transitive.

כְּחִפָּה, כְּחַלֵּם, כְּבָקָץ, אֵיר
 גָּנוֹל, מְלִיאָה, מְוִישׁ, יְצָק, חִלָּשׁ
 רֶמֶשׁ, עֲזָב, נְקָם
 שְׂרֵץ, שְׂוִיב, &c. quæ in Kal,
 pro varietate contextus, modo
 active seu transitive sumuntur,
 modo passive seu intransitive.

§. 57. Atque adeo

I. Si quod verbum, ait

I. In Kal prorsis inusita-
 tum

- a) Gen. 44. 30. 1. Sam 14. 29. b) Jes. 28. 28. Deut. 9. 31. c) Jeut. 4. 23. Gen. 2. 14. d) Prov. 23. 3. sed Jud. 5. 22. e) Lev. 13. 3. Psal. 105. 29. f) Job. 14. 10. sed Ex. 17. 13. g) Le. 8. 15. Job. 38. 38. h) Jos. 1. 8. Zach. 3. 9. i) Gen. 1. 22. c. 6. v. 13. k) Jud. 5. 5. Jes. 45. 8. l) 1. Sam. 24. 13. Ex. 21. 20. m) 1. Reg. 1. 6. 1. Chr. 4. 10. a) Ex. 10. 5. Ecel. 2. 6. b) Gen. 1. 26. c. 9. 2. c) Gen. 18. 33. Psal. 14. 7. d) Gen. 1. 20. Ex. 1. 7.



tum fuerit : vel

2. Pro varietate classium aut Conjugationum, varias ac inter se diversas significaciones abstractive obtinet :

In quacunque Conjugatione deprehenditur, perinde ac si foret in Kal, nude denotat a-

e) Genes. 50. 24. נִשְׁבַּע juravit, in Niphal : Gen. 50. 16. צוֹה præcepit, in Piel : Gen. 3. II. רָגִיד indicavit, in Hiphil : Jes. 37. 15. וַיַּחֲפַלֵּר & preces fudit, ex Hithpael. Sed 1. Sam. 2. v. 25. מַי יְרַפֵּל quis judicem se constituere ausit? ex eod. Hithp mutuat significacionem ex פְּלִלְךָ judicen egit. ibid. f) Cujusmodi v. g. חָלַל it. Kal vulnerari, Psal. 109. 22. in Piel profanare, Lev. 19. 12. in Hiphil incipere Gen. 6. v. 1. Ita לְחַסְתָּן, חָלֵל, גָּאֵל, בָּרֶךְ &c.

gere vel pati; Adjuncto Conjugationi isti, cuius formam induit, alioquin adhærente repudiato penitus.

II. Sic quædam Verba ^h
Piel atque Hiphil, actionem i-
gnificant, actioni, quam in Kal
denotabant, prorsus contari-
am ^g: atque adeo eam nude ex-
primunt, sine Adjuncto formæ
suae alioquin inhærente.

III. In reliquis vero Ver-
bis, ubi per omnes, vel plures
clas-

g) Ut נְתַנָּה in Kal peccare, Exod. 32.31.
in Piel expiare Psal. 51. 9. יְרַשֵּׁה in Kal her-
ditare, possidere. Deut. 3. 12. in Hphil ^e
possessione ejicere Deut. 9. 3. Conf. Raschi
ad Exod. 27. 3. & Pocokius Port. Md. App,
Miscel. c. 2. a p. 18. ad 24.

lasses eadem servatur abstractio-
na, seu essentialis significatio,
formalem ei adjicit proprium, quod
uilibet adhæret, Conjugationis
adjectum. Scil.

§. 58. Niphal ordinarie si-
gnificat

I. Passionem I. actioni
Coijugationis Kal responden-
tem^h:

(2) rarius mutuatam

(^a) ex Pūalⁱ, vel

(^b) ex Hophal^k.

II. In quibusdam reciproce

^h Gen. 3. 5. Job. 14. 3. i) Jes. 48. 11.
Ex. 22. 16. ex חלָל in Piel. k) Ruth. 2.
v. 5. 6. e Gen. 34. v. 14. 20.

acti-
tio,
uod
onis
si-
ing
ioni-
den-
nig
roce
ac
8. II.
th. 2.

ac neutraliter¹.

III. In aliis s^epe impersonali-
ter^m. atque

IV. In נָרְבָּר frequentativeⁿ.

V. Participia Paul & Ni-
phal , quaz quoad significatio-
nem passivam conveniunt , in
eo quandoque a se invicem dif-
ferunt , quod

I. Paul eam denotat in Præte-
rito^o, Niphal autem in Præsenti^p.

Quod ipsum tamen

2.

1) Gen. 13. 3. m) c. 10. 9. n) Mal.
3. 16. & ita נִפְנָה Rabbinis v. g. Maim.
Hilk. Avod. sar. c. 2. §. 3. הַנִּפְנָה אֶחָרוֹת
qui prospicit vel intuetur eam. ibid.
אֲסֹר לְהַפְנֹתֵחַ אֶחָרוֹת
est, eam prospicere &c. o) Jes. 54. 1. p)
Ez. 34. 4. Joel. 2. 13.

2. *Participium Niphal* hoc
casu optime exprimitur

(α) per *Adjectiva Latinorum potentialia*^q, quibusdam dicta,
terminata in *bilis*. Alias haud
raro

(β) per *Futurum Participii passivi* Latinorum, necessitatem
inferens.

§. 59.

q) Gen. 28. 16. נָרְאָה *venerabilis*, c. 3.
v. 6. בְּחֹטֶר *desiderabilis* &c. r) Gen.
49. 29. Ego נָאָסַפֵּ *colligendus sum* ad
populum meum. Hof. 10. 7. נְדִמָּה
excindendus est Samariae Rex. Ita Cod.
Sebachim c. 2. §. 1. נְתַנֵּן לְמַטֵּן *dederit quis, tradenda infra, sur-*
sum; & adhuc ter eod. loc. Vid. ib. c. 3. §. 2.
& ult. Menach. c. 6. §. 1. Ferta in
volam colligenda: ib. §. 3. הנעשהות בכלי
confienda, vel paranda in vase.



hoc
orum
icta,
nau
§. 59. *Piel* 1. Pro Adjuncto
formæ suæ proprio, *abstractivæ*
Verbi significationi superaddit,
& quasi affricat, *intensionem*^s ac
frequentationem^t.

2. Sæpe, perinde ut in *Hiphil*, significat effective ^u, per-
missive ^v, aut declarative ^y.

§. 60. *Pual* 1. ordinarie pas-
sionem denotat actioni τ& Piel
oppositam ^z.

2. Rarissime significationem
passivam obtinet, derivatam ex
Kal ^a.

§. 61. *Hiphil* partim cum
E Piel

s) Jon. 2. 9. t) Gen. 1. 10. u) Deut. 4.
5. x) Nah. 1. 3. y) Lev. 13. 6. z) Mal.
1. 12. a) Jer. 20. 14.

Piel coincidit; Nimirum

§. 62. *Superaddit abstractiva Verbi significationi, tanquam Adjunctum, formalem sui notationem determinans ac modificans, efficere^a, jubere^b, incitare^c, permittere^d, declarare^e, vel quocunque modo promovere^f.*

II Si quæ in *Hiphil* usitatam Conjugationis Kal significationem Neutralem retinent, eam intendunt nihilo-

mi-

a) 1. Chr. 8. 13. **הַבְּרִיחוּ** fugere fecerunt: ut Justin. Matyr, Apol. 1. c. 35. πολλὰς πεπόηκε Βλασφημίας λέγειν. Apol. 2. c. 3. ἐν δεσμοῖς γενέσθαι πεποίηκε. b) Deut. 4. v. 10. c) Gen. 2. 19. d) 1. Reg. 16. ii. e) Prov. 17. 17. f) 1. Sam. 8. 22.

minus ^g.

§. 62. *Hophal passionem denotat,*

I. *Actioni Conjugationis Hiphil, pro Verborum qualitate, convenientem^h.*

2. *Raro ex usu Verbi in Kal, mutuatamⁱ.*

§. 63. *Hithpael significacionem cujusdam ex præmissis Conjugationibus, reciproce in seipsum convertit^k, aut in se si-*

E 2 tam

g) Jes. 1. 18. Job. 14. 8. 9. Amos 4. 3. וְהַשְׁלִכְתֶּן־ & *conjicietis vos*, i. e. summa cum consternatione & accelerazione proripietis vos in turrim &c. h) Jos. 9. 29. 2. Sam. 3. 34. i) Gen. 4. 15. 24. בָּקַע vindicabitur. k) Ezech. 29. v. 15. תְּהִנֵּשֶׁא extolles te ipsum, e Kal, ubi נִשְׁבַּע

tam declarat ¹, vel simulat ^m.

II. Idem tamen *Hith-pael*

I. In quibusdam neutraliter seu *intransitive significat*ⁿ, saepe cum intensione, continuatione, ac gradatione aliqua ^o.

2. In aliis vero passivam significationem obtinet ^p; acti-
vam rarissime ^q.

Obs. * Quoniam *Chaldaice* cuiuslibet Clasfis

sustulit, elevavit. Jer. 9. 22. יְתַהֲלֵל lauda-bit se, ex הַלְלִי in Piel, laudavit &c. 1) Exod. 38. 23. * Esr. 4. 19. m) Prov. 23. 31. n) Prov. 23. 31. * Dan. 6. 12. o) Gen. 3. 8. coll. Psal. 29. 3. seqq. p) Gen. 22. 18. coll. c. 12. 3. q) Exod. 10. 2. Vid. Num. 6. v. 19. Michl. Jophi ad Psalm. 8. vers. 2. כּו מְשַׁחְמְשִׁים Sie bedienen sich desselben.

Clasfis *Passivum reciproce*^q quandoque sumitur, quandoque neutraliter; hinc quarta hæc *Ebræorum classis* penitus ibi exulat: cuius vicem, iquoad formam pariter atque usum, plerumque supplet ipsorum Ithpaal.

§. 64. Quæ ex diversis vel Temporibus^r, vel Conjugationibus^s composita occurrunt, significationem aut componunt, aut exaggerant.

§. 65. Quæ præter analogiam consuetam.

I. Duas priores radicales geminant, significationem augent.
E 3

q) * Jonath. 1. Reg. 12. 19. פְּקָדָנִי corroboravit se, Vid. Dan. 4. 9. &c. r) Jer. 22. 23. ex Præt. & Part. Ita יְנַשֵּׁבָתִי jam olim habitasti, & adhuc habitas. s) Thr. 4. 14. t) Psal. 7. 6.

gent^t. Quæ vero

2. duas posteriores duplicant, tam augere^u significacionem, in quibusdam videntur, quam in aliis diminuere^x.

§. 66. Verba Composita Ebræi non habent. Sed unum idemque *Verbum*, pro varietate contextus, modo Simplicis, modo Compositorum omnium, (pro varietate ut plurimum Particularum connectentium^y)

t) Psal. 45. 3. Jes. 17. 11. Nah. 2. 11. Ez. 17. 5. Ps. 45. 3. u) Thr. 1. 20. Jud. 5. 6. Jer. 23. 12. Ps. 38. 11. x) Lev. 13. 49. c. 14. 37. Huc referri potest Psal. 88. 17. יְמִתְרָא ultima radicali, una cum affirmativo, geminata, i. e. prorsus perdidérant me. y) Quæ aliis ad compositionem præmissæ, hic

significationem sustinet^z. Sed

II. עַלְתָּה^a & יְרֵד^b alterum Compositorum denotant perpetuo.

§. 67. Verbum, quod actum compleatum significat, accipendum quandoque inchoative^c ; & contra^d.

II. Verbum quandoque
E 4 de

mediæ ponuntur inter Verbum, & casum ab eo rectum. z) Sic עִמָּר stetit Esth. 7. 7. constitit vel restitit. c. 9. z. substitut Gen. 30. 9. adstat Jos. 20. 4. a) ascendit, ut Gen. 19. 28. quo sensu etiam Jos. 7. 24. b) descendit, ut Deut. 9. 21. & ita etiam Jud. 11. 37. coll. Kimch. & Abarb. c) Psal. 37. 24. i. Reg. 6. 1. coll. 2. Chr. 3. 2. i. Reg. 1. 1. בָּקַע occubuisse, i. e. inciperet occumbere diebus suis : similitudine a Sole occumbente desumpta. d) Gen. 38. 23. תְּקַח accipiat, i. e. acceptum retineat. Conf. §. ult.



de continuatione^b, confirmatione^c, vel restauratione^d rei significatæ intelligendum.

§. 68. Verbum quod *actionem*, seu *effectum*, videtur exprimere, sæpe de facultate^e, debito^f, voluntate^g, conatu^h, per-

b) Lev. 6. 5. Gen. 3. 15. c) Deut. 10. 8. רְבָרִיל separavit, i. e. jam ante separatam confirmavit. Ita Joh. 2. 11. Ex. 7. 22. פִּתְחַנֵּן & obduratum mansit: dicitur enim in præced. v. 13. 14. obduratum. d) Jes. 14. 42. פָּטַר fundavit, i. e. fundatam restauravit. e) Ex. 9. 15. f) Gen. 34. 7. g) Ex. 12. 48. h) Gen. 37. 21. eripuit i. e. conatus est eripere eum &c. Arist. Hist. Anim. I. 9. c. 40. fuscos, ait, aculeatos vocari, quamvis aculeo careant. Animo namque feriendi, non potestare, nomen hoc meruisse. Conf. Schabb. f. 56. b. l. 21. sqq.

permissioneⁱ, consuetudine^k, ac
occasione^l, exponi postulat.

§. 69. Verbum *Potestatis* non
raro ad licitum, honestum, jus,
consuetudinem^m, item facilita-
temⁿ, ac benevolentiam^o, in-
volvit respectum.

§. 70. Verba quæ fieri, es-
se, aut agere significant, sæpe
non tam essentiam vel actum,
quam ejusdem notificationem,
prænunciationem, ac declara-

E § tio-

-
- i) Job. 1. 21. *abstulit*, i. e. auferri permisit.
k) Gen. 29. 26. conf. *Raschi* ad Lev. 15. 4.
l) 1. Reg. 18. 9. m) Gen. 34. 14. c. 43. 32.
n) Ruth. 4. 6. o) Ps. 101. 5.



tionem denotant^p: & contra^q

II. Verba, quæ *esse*, *vel facere* significant, sumuntur quandoque *reputative*^r: & contra^s.

§. 71. Verba Affirmativa, quandoque pro contrariis negantibus^t, & negativa pro contrariis affirmantibus^u, ponuntur.

§. 72. Verba notitiæ sæpe de effectu notitiam consequente sunt intelligenda^x.

§. 73.

p) Gen. 27. 37. Jer. 15. 1. q) Jes. 56. 7.
r) 1. Reg. 1. 21. Gen. 42. 30. s) Gen. 50.
20. Ebr. 4. 1. t) Job. 2. 6. serva, i. e.
ne tollas. Lev. 10. 1. Jes. 43. 3. u) Gen.
18. 19. x) Gen. 18. 19.

§. 73. Verbum nonnunquam, præter usitatam suam significationem, aliquam ejus qualitatem, adjunctum, aut conditionem simul involvit ^{y)}. Unde quibusdam dicitur *impregnatum*.

§. 74. Verbum activum interdum non effective, sed habitualiter significat ^{z)}.

§. 75. Actio nonnunquam prædicatur de eo, qui in eam proxime non influit; sed tantummodo procurat, vel approbat, aut non impedit: verum quo-

y) Deut. 33. 6. Vid. Epicteti Enchir. c. 19.

z) Lev. 11. 26.

quocunque modo aliquid ad eam confert^a.

§. 76. Duorum Verborum constructorum invicem,

I. Posterius in Infinitivo ponitur, tam interveniente litera י^b, quam sine eadem^c.

II. Quandoque, more Arabum^d atque Syrorum^e, verbum posterius effertur in Futuro^f.

III. Certa quædam Verba sunt

a) Gen. 40. 22. Jud. 9. 18. Exod. 14. 16.
Job. 1. 21. c. 2. 6. b) 1. Sam. 6. 20. c)
Ex. 18. 23. d) Vid. Erpen. Cent. I. Prov. 3.
e) Matth. 8. 28. f) Job. 32. 22. cap. 19. 3.
1. Sam. 20. 19. c. 2. 3. Jes. 5. 19. c. 52. 1.
Ez. 8. 6. Hof. 1. 6.



sent, e. gr. *addidit*^g, שׁוֹב יִסְפַּר
redire^h, הַיְתֵב, מִתָּר *festinavit*ⁱ,
benefecit^k, הַשְׁבִּיכָה *matutina-*
vit^l &c.^m, quæ, si in tempore
finito jungantur Infinitivo, ad-
verbiascunt; Infinitivo illo, in
tempus, numerum, ac perso-
nam finiti conjuncti, latine con-
verso.

2. Alia in eodem Tem-
pore junguntur, modo copula
intervenienteⁿ, modo absque
eadem^o; quorum prius com-
mo-

g) Gen. 4. 2. h) 1. Reg. 13. 17. i) Ex. 2. 18. k) Jer. 1. 12. l) Psalm. 127. 2.
m) Gen. 31. 28. n) Jud. 2. 9. conf. §. 194.
II. 2. o) Hos. 5. II. *voluit ivit*, i. e. *volun-*
tarie ivit: c. 9. 9. *profundarunt corruperunt*,
i. e. *profundissime corruperunt*.

mode apud latinos adverbialiter redditur.

§. 77. Radix temporis finiti quæcunque, regere potest ejusdem Radicis Infinitivum, (sive ejusdem, sive diversæ Conjugationis ^p) : ita ut

I. Infinitivus Finito præpositus, certitudinem, evidentiam, ac excellentiam exprimat ^q.

2. postpositus vero, continuationem ac frequentationem ^r.

§. 78. Verbum הָלַךְ (* chald. נָסַע) ivit, cum alio vel Verbo

p) Gen. 2. 16. q) Ex. 21. 20. r) Gen. 21. 20.

bo vel Nomine, interveniente copula, constructum, tantum indicat continuationem actionis vel qualitatis, quam vox adjecta denotat^s. Interdum commode redditur *pergere*^t.

Obs. * In Scriptura S. hoc ipsum **תְּלַקֵּה** præmittitur^u, in Profanis autem postponitur plerumque alteri, cuius continuationem indicat^v.

§. 79. Verbum finitum cum No-

^s) **כְּרָמֶפֶשׁ וְאֹזִיל** (juxta id, quod interpretari pergit, passim penes Rabb. t) Gen. 12. 9. Jon. 1. 11. 1. Sam. 2. 26. Esth. 9. v. 4. Jud. 4. 27. u) Vid. ad alteram hinc præced. litteram. x) Maim. Hilc. Tephillah c. 3. §. 1. legunt & eunt, i. e. legere pergunt, vel legunt continuo. Id. H. Schabb. c. 3. §. 2. e Cod. Schabb. f. 18. a. l. 14. sqq. Vid. Bart. ad Menach. c. 9. §. 3.



Nominativo præmittendo non
tantum in numero ac persona,
sed etiam in genere coincidit ^{9.}

II. Activa Verba finita, ab-
solute sine Nominativo posita,
aut ~~etiam~~ ~~subaudiuntur~~ ~~subaudiuntur~~

I. Subaudiunt ejusdem Verbi
Participium : aut

2. Pronomen indefinitum ,
quis, aliquis, quispiam, quicunque
&c, inferunt: vel

3. Significationem passivam
assumunt; in primis, quando in
præcedentibus nullum Nomen
expressum sit, ad quod, Partici-
pium illud subaudiendum, pos-

q) Gen. 1. 2. c. 3. 7.

non
ona,
it ?
ab-
sita,
erbi
sit referri.

Obs. Sic s^æpe Infinitivus activæ vo-
cis passive exponi postulat ^s.

§. 80. Nomina Dominii
pluralia, regunt Verbum singu-
lare, ad augendam potentiam
ac majestatem ^t. Aliud v.

II. Nomen *Plurale cum
Verbo singulari constructum,*
sumitur

I. *distributive*, quasi unum-
quodque Singulare sub Plu-
F rali

r) Gen. 48. 1. Fundamentum num. 1. est
Neh. 2. 3. 2. Reg. 3. 15. Jes. 16. 10. num.
2. vero fundatur in nota Masorethica ad
2. Sam. 16. 23. s) Exod. 9. 9. t) Cujusmo-
di sunt אַדְנָן & בָּעֵר, neutiquam vero
אלִיחִים. Vid. Exod. 21. 4. 29. & Conf.
supra §. 10.

rali isto contentum, construatur cum Verbo seorsim ^u. Sæpe etiam

2. *Partitive*^x, ut uni plurium competat.

§. 81. *Nomina Collectiva Singularia*, regunt quandoque *Verbum Plurale*^y. Quod

2. dum

u) Gen. 1. 14. *sit luminaria*, i. e. unum quodque luminarium: v. 1. *creavit Dii*, i. e. quælibet persona divina. x) 1. Sam. 16. 4 & *trepidarunt Seniores urbis istius*, & *dixit*, sc. aliquis, nomine omnium. Exod. 3. 6. *Ego sum Dii*, i. e. persona quædam divina, Patris tui &c. Gen. 1. 26. Et *dixit Dii*, i.e. aliqua divinarum personarum. Vna enim persona divina divinis loquitur. Sirmiense Concilium Patrem facit loquentem, Socrat. Hist. Eccl. lib. 2. c. 30. p. m. 123. Et omnium ejusdem Societatis locutio simultanea, confusionis index est. y) Lev. 20. 2. Gen. 33. 13. Exod. 1. 20.



2. dum alia imitantur, quæ collectiva non sunt, denotant Distributionem ^z.

§. 82. Duorum Substantivo-rum constructorum invicem, interdum posterius Verbum regit, cum debebat prius ^a.

§. 83. Duobus vel pluribus Singularibus ejusdem vel diver-

F 2 fi

^z) psal. 119. 103. *dulcia sunt eloquium tuum*, i. e. quodlibet eloquiorum tuorum. Quoad sensum coincidit cum §. 80. II.
^a) Job. 15. 20. Hag. 2. 7. Lev. 13. 9. Ex. 15. 4. Gen. 4. 10. Jes. 2. 17. c. 5. 15. c. 16. 8. c. 21. 17. c. 22. 7. c. 25. 3. Job. 21. 21. c. 29. 10. c. 32. 7. c. 33. 3. Eccl. 2. 7. c. 8. 11. Psal. 140. 10. Vid. 1. Sam. 2. 4. Num. 16. 29. c. 18. 13. c. 36. 5. Jos. 22. 12. 2. Sam. 10. 9. 1. Reg. 14. 19. Ez. 32. 13. Thr. 4. 16. * Dan. 3. 19. &, juxta puncta, Dan. 4. 33. *Eminentia imperii confirmata fuit.* Conf. §. de **לְנָ**.

si generis , respondet Verbum plurale masculinum ^a.

II. Interdum tamen , Nominibus diversi generis (vel numeri) praeuntibus , Verbum modo dignori ^b respondet , modo propinquiori ^c. Sed

III. Nominibus diversi Numeri praeuntibus , Verbum modo Singulari respondet ^d , modo Plurali ^e.

IV. Quando Verbum cum nomine , in Genere aut Numero discrepat ; tunc aut

a) Psal. 49. 11. Jer. 6. 11. b) Prov. 27. 9.
Gen. 37. 10. Num. 18. 1. c) Esth. 9. 29.
d) Jer. 49. 24. e) Exod. 29. 15.

ad sensum attendunt^f, aut ad aliquod Nomen, ejusdem cum Verbo generis ac numeri com-mode subintelligendum^g.

§. 84. Haud infrequens est, in eodem membro, eodem manente subiecto, Personarum permutatio^h.

§. 85. Verbum regit casum suum, vel nudeⁱ, vel

I. Interveniente Particula^k: quæ tamen in expositione (v. g. latina) sæpius aut

F 3

I.

f) Gen. 49. 6. I. Sam. 25. 27. 2. Reg.

3. 26. I. Reg. 5. 17. Mal. I. 4. cap. 2. 6. II.

h) Job. 17. 10. Jer. 49. II. Mal. 2. 15. i)

Gen. 25. 23. coll. Rom. 9. II. k) Gen. 3. 3.

c. 20. 6. c. 12. 17.

I. omittenda est penitus¹:
aut

2. in aliam, quam Ver-
bum istud in lingua, qua in ex-
positione tua uteris, postulat,
convertenda. Perinde ut e-
contra

II. Quando Verba nonnul-
la, v. g. motum ad, vel per lo-
cum significantia, nude quan-
doque regunt sua Nomina, Pra-
positio latine saepius est supple-
da^m.

§. 85. Verba dantur non
nul-

1) quia eadem usi jam fuerant in compo-
sitione Verbi : ne idem bis exprimant. m)
2. Chr. 34. 30. Jon. 1. 3. Num. 12. 5.

nulla, quæ, pro varietate constructionis, variam obtinent significationemⁿ.

II. Contra Verba pleraque, eadem manente significatione diversissimam habent constructionem^o.

F 4

§. 87.

n) שְׁמַע cum accusativo constructum, nudam soni perceptionem denotat : cum לִפְנֵי perceptionem soni cum attentione ; cum קֹל, cui לְ vel בְּ præfixum fuerit, præter perceptionem soni, & attentionem, etiam assensum infert & obsequium. Vid. Gen. 3. 8. 1. Reg. 12. 15. Genes. 3. 17. Deut. 26. 14. Ita בָּעֵל cum accusativo est inire, vel uxorem ducere, cum לְ domina- ri, & cum בְּ fastidire. Vid. Jes. 62. 5. 1. Chr. 4. 22. Jer. 31. 32. coll. Ebr. 8. 9. Conf. Pocok. ad Port. Mos. Miscell. cap. 1. p. 6. 7. o) קְרָא in significatione vocandi, h. e. nominandi, nunc denominando præfigit לְ, v. g. Genes. 1. 5. cui quandoque שְׁמַע superadditur, Gen. 2. versu 20.



§. 87. Verbum Substanti-
vum *sum, sis &c.*

I. posteriori Nominativo la-
tinorum, qui statum ac quali-
tatem Nominativi præmitten-
di continet, atque adeo, *Præ-
dicatum Propositionis constituit*,
sæpius præponit ל°, vel ב° p :
quo ultimo tamen, litera ב°
per inter exposita, frequentius
מְגִיסָּמֶד exprimitur q; ל° au-

tem

-
- c. 19. 22. nunc Accusandi notam, v. g. Num.
32. 41. cui rursus בְּשָׁעָה quandoque superad-
ditur, præposita Præpositione בְּ, עַל &c. v. g.
1. Chron. 6. 50. 2. Sam. 18. 18. Deut. 3. 14.
o) Gen. 2. 7. Quidam dicunt, *Verbum sub-
stantivum cum ל° constructum, notare muta-
tionem status, sive in melius, sive in deterius;*
exempli loco afferentes Gen. 22. 24. c. 17. 4.
Deut. 28. 44. p) Prov. 3. 26. q) 2. Sam.
15. 31.



tem reddi potest *in, loco, vice,*
pro r &c.

II. Cum *Infinitivo* constru-
etum, convertit eum *in futurum*
Participii passivi; vel Gerundium
latinorum in dum, necessitatem
inferens^s.

§. 88. Literæ **לְבָ**, *Infinitivis*
præfixæ, Gerundia latinorum

F **לְ** ex-

r) Ex. 4. 4. 16. Num. 10. 31. Job. 30. 9.

s) Sive expressum illud sit, ut Jos. 2. 5.
וַיֹּהֵי הַשְׁעָר *quum esset porta clau-*
denda: Gen. 15. 12. *לְבוֹא*.
cum esset occumbendum soli. Ita Rabb. v. g.
וַיֹּהֵי *חַשְׁמֵשׁ* *לְבוֹא*.
quis esset ipse dicendum. Sive
subintelligatur, v. g. 2. Chron. 26. v. 18.
לֹא *non est tibi adolendum*.
Eodem sensu adhibentur **אִין** & **יִשְׁ**, v. gr.
עֲלֹו **אִין** *לְחַסְׁיף* *וּמְמַנֵּ* *ad illud nihil est addendum*, &
אִין *לְגַרְועַ* *de eo nihil demendum*: conf. Ruth. 4. 4. &
vid. ad §. 55. II. 2. (β).

exprimunt: ^t quidem omnia^t;
^b autem illud tantum, quod in
 do definit^u. Alias

II. Infinitivus (potissi-
 mum) a Præpositione ^x vel
 Nomine Constructo ^y rectus,
 resolubilis est in Tempus Fini-
 tum; si

I. Præpositiones convertas
 in Conjunctiones, vel Adver-
 bia convenientia^z.

2. Nomi ni autem postpo-
 nas

t) Eccl. 3. 2. Gen. 1. 14. 22. u) Efr. 3.
 II. x) Gen. 2. 19. c. 24. 30. Jos. 6, 5.
 Gen. 4. 13. 1. Sam. 8. 7. Gen. 5. 4. c. 4. 15.
 Amos 2. 7. Gen. 13. 10. y) Gen. 2. 4. in-
 primis conf. Exod. 9. 18. cum Deut. 4. 32.
 z) De quibus cap. IV. pro natura cuiuslibet
 Præpositionis.

nas significationem Pronominis
אֲשֶׁר Et utrinque,

3. *Infinitivo* *hujusmodi* *in*
tempus finitum resoluto, *Accusa-*
tivus (nominis ^a, vel pronomi-
 nis ^b) qui latine ipsum Infini-
 tivum regit, & , secundum na-
 turalem ordinem constructio-
 nis, foret proponendus, *vertitur*
in Nominativum: Ea vero, quæ
 latine a Verbo reguntur, eique
 postponenda, in eo relinquun-
 tur Casu, quem Verbum po-
 stulat ^c. Quin

III.

a) Exod. 19. 1. Jes. 6. 1. b) Genes.
 25. 26. Num. 1. 1. c) Ordinarie quidem
 prior Accusativus in Nominativum ver-
 titur , posteriori servato. Sæpe ca-

III. *Infinitivus* sæpe non sola constructione, sed & significazione, in nomen degenerat^d.

§. 89. Verba primæ ac secundæ personæ, earundem Personarum suffixa non suscipiunt.

CAP.

men prior servatur, posteriori in Nominativum verso : ut Hos. 6. v. 9. **וְכַחֲפִי אִישׁ צָרוּרִים** i. e. *Sicut præstolantur virum turmæ* (latronum) &c. Quod enim turmæ Verbum regat, & *vir* regatur a Verbo ; probat non modo redditiva Oratio, quæ sodalitum commemorat ; sed & res ipsa. Vix enim unus aggredietur integras turmas ; sed hæ sæpius unum. Accedit Prædicatum plurale **ירְצֹחֻן trucidant**, quod cum **אִישׁ** connecti nequit. Vid. Gen. 2. 4. c. 4. 15. c. 29. 19. c. 13. 10. Jes. 5. 24. c. 20. l. Jer. 24. l. c. 7. 10. Num. 24. 23. d) Psal. 101. 3. 2. Sam. 7. 5.



CAP. IV.

DE

PARTICVLIS.

§. 90. Adverbium sibi ipsi,
aut Synonymo coniunctum,
significationis incrementum
continuatum^a, exaggeratio-
nem^b, vel distributionem^c,
indicit.

§. 91. Particulae separatae,
si non omnes, certe pleraque
sua

a) Deut. 28. 43. מַעַלְתָה in sublimitatem sublimitatis, i. e. ad summam paulatim sublimitatem. Ut prius נ Locale sit, alterum Paragogicum. b) Gen. 7. 19. Joel. 4. 4. c) Exod. 16. 21. mane, mane, i. e. singulis diebus matutinis.

sua natura nomina sunt ^d,

ho-

d) Nominum quippe referunt formam, flexiones, & affectiones alias. Ne urgeam Articulum in **לֵבֶן** Psalm. 9. 1. juxta quos-dam additum, cum incertum id sit; deprehenduntur illis additæ indubia terminations Duales Pluralesve, ac Status Nominum constructi, v. gr. **אַחֲרִי**, **אַחֲר**, **חוֹצֹה**, **בְּנוֹת**, **בִּנְיִם**, **עַלְיִי**, **אַשְׁרִי**, &c. 2. Præfiguntur illis Præpositiones, Nominibus saltem primario, Verborumque Infinitivis nominascentibus inservientes. 3. Regunt, more Nominum §. 20. I. II. explicatorum, Genitivum tam per **ל** significatum, quam articulum: v. g. Gen. 1. v. 7. **סְעָל** **לְرַקִיעַ** & **מִתְחַרְתָּא** **לְרַקִיעַ** pro **מַעַל** **הַמִּשְׁכָן** **9.** **מִתְחַת** **הַשְּׁפִיטִים** Exod. 40. 36. 4. Concurrerent alias, sensu prorsus inepto, in infinitis locis non modo tres, sed & quatuor Præpositiones. Atque 5. dicendum adeo foret, multa otiose esse posita: id quod haud parum derogat dignitati Scripturæ, & quibusvis recte sentientibus contrariatur. 6. Arabes quoque suas formant particulas e

horumque exinde s^epius imitantur constructionem. Proinde

I. Ita dicta *Particula* quælibet, in primis cum præpositio-
ne constructa, aut Præpositio
sine Subjuncto posita, *Nomi-
nis usum* (constructione mi-
ni-

Nominibus : quæ , quoties Præpositiones
exprimunt , formam insuper assumunt Regi-
minis. Vid. Priscianum ad II. lit. (h). cit.
e) Gen. 17. 18. *multiplicabo te פְּאַרְבָּה*
intensione intensionis , i. e. intensissime , coll.
§. 19. I. §. 14. 5. §. 18. Deut. 6. 5. זֶבַל פְּאַרְבָּה & omni intensione tua , i. e. omni-
bus nervis membrisque corporis tui , exten-
sioni obnoxiiis , quacunque tui parte exten-
di potes. Quæ est corpus , sedes robo-
ris. Unde Lucas c. 16. 27. καὶ ἐξ ὅλης τῆς
ἰσχύος σε. Ex מִדֵּר extendit , ut שְׁאַסְתֵּשׁ
Jer. 30. 16. pro סְפִירָה , Job. 40. 21. 22.

nimum induit. Uti alias

II. Quodcunque *Nomen*, in primis qualitatem denotans vel actionem, *Verbo additum*, saepe *Particularum significacionem sustinet*; præcipue si præponatur ei una ex præpositiōnibus בְּ^f, לְ^g, atque מְ^h.

Obs.

צַלְיָם umbra, arbores opace, ex צַלְיָה it. צַנְעָן juxta quosdam, ex צַנְעָן frigere. Syrorum: **צַנְעָן** gemellus, ex **צַמְדָּן** &c. Ita Ex. 25. 27. **לְעַמָּת הַמִּסְגָּרָה** ad conjunctionem oppositam, seu juncturam vel combinationem tñniæ istius, sunt annuli isti: item Ez. 42. v. 7. &c. f) Eccl. 4. v. 12. g) Hos. 2. v. 20. h) Gen. 6. v. 14. **טְבִירָה וּמְחוֹץ** versus domum, & versus forum, vel ab interiori & exteriori, i. e. intus & extus. Priscianus lib. IX. c. 1. p. m. 169. med. *Quod si* (Adverb. Præpos. Conjunct.) non essent *Partes* (Orationis), nunquam loco earum *Nomina* ponerentur.

Obs. Etiam Græcorum Adverbia, Anticulo vel Præpositioni quocunque modo expressæ, juncta, induunt naturam Nominum ^{i.}

§. 92. *Adverbia Negandi*,
Nominibus כָל (omne ^k) , אֵישׁ
(vir ^l) , רְכֶב (res ^m) , item אַחֲר
(unus ⁿ) , atque אֶחָד (ho-
mo ^o), sive præposita sive post-
G positi-

Invenimus autem loco Adverbii nomen, una, multum, falso, quam. Et Pronomen simili- ter, eo, illo. Et loco Conjunctionis tam nomen, quam pronomen, quare, ideo. Et Adverbium loco Nominis, ut mane novum, εὐ sponte sua, εὖ euge tuum, εὖ belle, εὖ cras alterum. i) Luc. 16. 22. ἀπὸ μακρόθεν a longinquo : Act. 8. 6. ἀπὸ τῆς τοῦ, a tempore præsenti : i. Petr. 1. 14. μὴ συχηματίζο- μενοι ταῖς πρότερον ἐπιθυμίαις, ne configuremini prioribus desideriis &c. k) Psal. 49. 18. 2. Sam. 12. 3. Hab. 2. 19. Dan. 11. 37. l) Num. 31. 49. Genes. 23. 6. 2. Reg. 7. 5. 1. Sam. 21. 2. m) Jos. 8. 35. 1. Sam. 22. 15. Jer. 38. 5. n) 2. Sam. 13. 30. Psal. 106. 11. o) Eccl. 9. 15.

posita, Universaliter negant.

§. 93. Adverbia quædam Negandi, Nominibus aut Verbis præposita, interdum vim habent privandi ^p; ac

2. sæpe vehementer affirmant contrarium ^q.

§. 94. וְנִזְמָן & constructe יְנִזְמָן,

I. Negandi particula, non ^s, neque, absque ^t &c. Verbo

sub

p) Hof. 13. 13. non sapiens i. e. insapiens.
 Jes. 5. 14. absque modo, i. e. immodice. Prov.
 12. 28. non mors, i. e. immortalis. q) Psal.
 43. 1. non benigna, i. e. crudeli. Jes. 53. 2. non
 forma, i. e. summa deformitas. cap. 42. 3. non
 confringet, non extinguet, i. e. consolidabit, ^g
 refocillabit affuso oleo. r) Formæ בֵּית
 domus, unde בֵּית. s) Gen. 30. 1. Exod.
 17. 7. c. 5. 16. Prov. 5. 17. t) Exod. 21. 11.
 Hof. 3. 4.



substantivo nequaquam semper
incluso^u. Unde &

2. Verbis non minus præfigitur, quam Participio, atque Nomi ni, Pronominique^x; li-

G 2 cet

u) Quippe quod expresse quandoque additur: v. g. Jes. 5. 9. Psalm. 135. 17. conf. 1. Sam. 21. 9. Psal. 135. 17. Interdum e membro præcedenti repeti debet, v. g. Jud. 4. 20. Vel tale quid repetendum, quo cum Verbum substantivum non consistit, v. g. 2. Sam. 17. 6. Exod. 32. 32. Imo diserte Futuro jungitur, v. g. Prov. 11. v. 14. c. 26. 20. Jes. 39. 5. In quibus omnibus verbum substantivum locum non invenit. Quare sæpe etiam simpliciter alternat pro **לא**, v. g. pro **לא איש** Jes. 31. v. 8. &c. dicitur **לא ארם** Jud. 19. 15. &c. pro **אין איש** Eccl. 9. 15. habetur **אין ארם** cap. 8. 8. Pro **לא דבר** 1. Reg. 18. 21. Jos. 11. 15. est **לא אחר** Ex. 5. 11. ac pro **אין דבר** Job. 14. 4. occurrit **אין אחר** Dan. 10. 21. &c.
x) Prov. 11. 14. c. 26, 20. Jes. 38. 5. Jer. 38.



cet illud quandoque e contextu saltem sit repetendum^y.

II. Sua natura *Nomen constituit*,

I. Cum quacunque voce sibi postposita, formam assumens Regiminis^z: Verbo substantivo, non secus ac in aliis, subinde saltem, per Suffixum^z, aut Participium^b expresso, vel etiam e solo contextu, subin-

tel.

v. 5. Psalm. 73. 2. Job. 35. 15. Psalm. 32. 9.
Psal. 40. 6. Ruth. 4. 4. y) 2. Reg. 2. 10.
Gen. 30. 1. z) v. g. אֵין לוֹ Exod. 22. 2
אֵין זָהָב Ruth. 4. v. 4. Psalm.
32. 9. — אֵין בְּכָל — Gen. 47. 13. a)
Deut. 1. 42. Ex. 28. 19. Gen. 31. 5. Zach. 8.
10. Mal. 2. 9. Thr. 5. 7. b) 1. Sam. 26. 12.
Jes. 22. 22. coll. §. 74.



ntex-
con-
sibi
mens
anti-
sub-
m.
, vel
ubin-
tel.
32. 9.
2. 10.
22. 2.
Psalm.
ach. 8.
26. 12.

tellesto^c. Nam

2. præmissa in primis Præpo-
sitione^d, idem est ac non-ens^e,
defectus^f, negatio^g, carentia^h,
nullitas, nihilⁱ, nullus vel nemo^k.

Interdum tamen

III. Infinitivo præfixum,
haud secus ac reliqua Verba
substantiva חִירָה^l atque יִשׁ^m.

G. 3 con-

c) Lev. 11. 10. 1. Sam. 1. 2. d) Cujus-
modi v. g. לאין Jes. 40. 23. l. c. v. 10.

e) Cain 1. c. v. 24. Ez. 38. II. Prov. 5. 23.

f) Creationem describit. R. Sal. b. Melech.
ad Gen. 1. 1. הרח' רבר וצאתו מאין

g) innovationem rei, ejusque productio-
nem e non ente ad Ers. f) Prov. 11. 14.

h) 2. Chron. 20. 25. i) Prov. 26. 20. k) Prov. 30. 27. Exod. 8. 6.

l) De quo Vid. §. 87. II. m) Vid. §. 55.

II. 2. (β)

confert illi vim Gerundii Latino-
rum in dum ⁿ, necessitatem in-
ferentis. Et

2. Si formæ status Absolu-
ti ^{וְאַנְ} præponatur ^{וּ}, plerum-
que ^{וְ} significationem sumit ex
conjugato ^{וְאַנְ} ^p (unde ^{וְהָנָ}),
fit.

n) Eccl. 3. 14. עליך אין להחסיף ומןנו ei nihil est addendum, deque eo nihil detrahendum. Ruth. 4. 4. Psalm. 32. 9. Et sæpe penes Rabbinos, v. g. Raschi ad Exod. 28. 38. ואין לוטר neque est dicendum &c. o) Vtrumque enim formam petit e Quiescentibus media, & Dagesch in אהן est Euphonieum, ut in לְמִזְזָה, שְׁמֵדָה, אַלְמָה, &c. Non enim est perpetuum, v. g. Jes. 41. 24. Vos estis פְּאַיִן præ nibilo, minus nibilo. Jer. 30. 7. מְאַיִן כְּמָהוּ ob nullitatem ipsi similem, i. e. eo quod aliis ipsi similis non est. p) Vid. §. 113. pag. 127.



fitque interrogativum de loco,
unde, vel ex quo loco^q?

§. 95. אֲלֵי I. ordinarie, Futu-
ris junctum, denotat *ne*, *non*^r;
estque

I. Prohibentis^s, dehortan-
tis^t, deprecantis^u, ac impre-
cantis^x;

2. Negantis non nisi rarissi-
me^y.

II. Alias præcipue cum *Præ-*
positione constructum, *idem est*

G. 4 ac

q) Jud. 17. 9. מִן Unde venis, c. 19. 17.

